UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01122141 3

(27)

744c

ROULEAUX
DES MORTS
DU IXe AU XVe SIÈCLE

IMPRIMERIE GÉNÉRALE DE CH. LAHURE
Rue de Fleurus, 9, à Paris

D35451

ROULEAUX
DES MORTS

DU IXe AU XVe SIÈCLE

RECUEILLIS ET PUBLIÉS

POUR LA SOCIÉTÉ DE L'HISTOIRE DE FRANCE

PAR LÉOPOLD DELISLE

3006

A PARIS

CHEZ Mme Ve JULES RENOUARD

LIBRAIRE DE LA SOCIÉTÉ DE L'HISTOIRE DE FRANCE

RUE DE TOURNON, N° 6

M. DCCC. LXVI

EXTRAIT DU RÈGLEMENT.

Art. 14. Le Conseil désigne les ouvrages à publier, et choisit les personnes les plus capables d'en préparer et d'en suivre la publication.

Il nomme, pour chaque ouvrage à publier, un Commissaire responsable, chargé d'en surveiller l'exécution.

Le nom de l'Éditeur sera placé en tête de chaque volume.

Aucun volume ne pourra paraître sous le nom de la Société sans l'autorisation du Conseil, et s'il n'est accompagné d'une déclaration du Commissaire responsable, portant que le travail lui a paru mériter d'être publié.

Le Commissaire responsable soussigné déclare que l'Édition des Rouleaux des Morts, *préparée par* M. Léopold Delisle, *lui a paru digne d'être publiée par la* Société de l'Histoire de France.

Fait à Paris, le 19 *mai* 1866.

Signé H.-L. BORDIER.

Certifié,

Le Secrétaire de la Société de l'Histoire de France,

J. DESNOYERS.

AVERTISSEMENT.

Aux textes renfermés dans le présent volume j'avais l'intention de joindre une introduction qui aurait porté sur le caractère et l'importance historique des Rouleaux des morts. J'aurais voulu traiter, avec tous les développements dont il est susceptible, un sujet que j'abordai pour la première fois en 1847 dans la *Bibliothèque de l'École des chartes*[1]. La loi que la Société de l'histoire de France a sagement imposée aux éditeurs de ne pas grossir outre mesure les volumes dont ils sont chargés m'a contraint de renoncer à ce projet. Je me bornerai donc à dire en deux mots ce qu'on entend par Rouleaux des morts et à indiquer la nature des principaux renseignements qu'on peut demander à ces documents.

Pendant tout le moyen âge, les communautés religieuses avaient l'usage de notifier la mort de leurs membres et de leurs bienfaiteurs à un grand nombre d'églises et spécialement aux maisons avec lesquelles elles avaient conclu des associations spirituelles. La circulaire ou encyclique que dans ces circonstances on écrivait en tête d'un rouleau de parchemin renfermait des détails biographiques sur le défunt, et se terminait toujours par une demande de prières. Les commnnautés auxquelles l'encyclique était présentée se faisaient un devoir d'y répondre et consignaient sur le rouleau un titre (*titulus*), plus ou moins long, pour accuser réception de l'encyclique, pour promettre des prières et pour en demander à l'intention des membres et des bienfaiteurs qu'elles avaient elles-mêmes perdus.

Les noms d'évêques, de doyens, d'abbés, de prieurs et d'autres dignitaires ecclésiastiques qu'on trouve en si grand nombre dans les encycliques et dans les titres des Rouleaux mortuaires fourniront beaucoup d'additions aux catalogues dressés par les auteurs du *Gallia christiana* et du *Monasticon anglicanum*.

1. Deuxième série, III, 361-412, article intitulé *Des monuments paléographiques concernant l'usage de prier pour les morts.*

S (1846) D111 B5

La composition des encycliques et des titres devra fixer l'attention des savants qui s'occupent de l'histoire littéraire du moyen âge. Ils pourront y saisir l'état de la poésie latine aux dixième, onzième et douzième siècle, y relever les noms de plusieurs versificateurs qu'aucun bibliographe n'a encore enregistrés, y constater la prospérité de différentes écoles épiscopales au onzième et au douzième siècle, et enfin y suivre pas à pas le déclin des études dans les anciens monastères au treizième et au quatorzième siècle.

Le nombre des rouleaux qui sont venus à ma connaissance s'élève à près de cent. Les trois plus importants sont ceux de Guifred, comte de Cerdagne (1050), de Mathilde, fille de Guillaume le Conquérant (1113), et du bienheureux Vital, premier abbé de Savigny (1122); j'en ai publié le texte complet. Pour les autres, j'ai dû me contenter d'extraits, qui suffiront, je l'espère, pour dispenser le lecteur de recourir aux originaux.

La table qui termine le volume contient à la fois les noms anciens et les noms modernes des établissements qui figurent sur les Rouleaux. J'y ai également fait entrer le nom des princes, des seigneurs et des dignitaires ecclésiastiques. Toutefois, je me suis abstenu de consacrer des articles particuliers aux évêques et aux abbés qui figurent seulement dans les titres de leurs cathédrales et de leurs abbayes. Ainsi, la table ne cite le nom d'aucun abbé de Saint-Germain des Prés, bien que les Rouleaux mentionnent un assez grand nombre des abbés de cette maison; pour trouver les passages qui concernent ces personnages, le lecteur devra recourir aux pages indiquées dans la table, sous la rubrique : *Saint-Germain des Prés (Abbaye de)*.

Je ne veux pas terminer cet avertissement sans remercier M. Bordier, qui a relu avec la plus scrupuleuse attention les épreuves, et M. Blancard, archiviste du département des Bouches-du-Rhône, qui m'a généreusement abandonné la copie du rouleau de Bertrand de Baux, qu'il avait préparée pour l'impression.

ROULEAUX
DES MORTS
DU IXe AU XVe SIÈCLE.

I

Formules de brefs mortuaires employées par les moines de Murbach.

Fin du huitième siècle.

Le manuscrit 550 de la bibliothèque de Saint-Gall renferme deux formules de brefs mortuaires, qui portent le nom de Sindbert, abbé de Murbach, et qui par ce motif peuvent être classées à l'année 790 ou environ. Je les imprime d'après le *Recueil général* de M. de Rozière[1]. Elles sont intitulées dans le ms. : INDICULUM AD EPISCOPUM, — AD ABATISSAM.

1. Domino reverentissimo *illo* episcopo, Sinbertus, gracia Dei vocatus episcopus atque abba de monasterio Morbac, una cum fratribus, eternam in Christo Jhesu Domino nostro salutem. De cetero compereat

1. P. 950 et 951, nos 677 et 678. La première formule avait été déjà publiée par M. de Rozière, *Formules de Saint-Gall*, p. 22, n. 28, et la seconde par Mabillon, *Analecta*, 418.

beatitudo vestra eo quod frater vester, nomine *ille*, kalendas *illas*, de ac luce migravit, ut credimus, ad Christum. Qua de causa subplices exoramus sanctitatem vestram, ut pro ejus anima de psalmis seu missis vigiliisque taliter agatis ut optima continet consuetudo vestra, et ut as apices in antea remeare faciatis postulamus.

2. Reverentissime matri familie *illi*, Sindbertus, donum Dei vocatus episcopus adque abba de monasterio Morbac, in Domino eternam salutem. De cetero compereat melliflua karitas vestra eo quod frater vester, nomine *ille*, kalendas *illas*, de ac luce migravit, ut credimus, ad Christum. Qua ex re obnixe obsecramus almitatem vestram, ut pro ipsius anima sic jubemini agere de psalmis ac missis adque vigiliis seu ingens bonitas vestra consuevit. Obtamus vos semper bene valere.

II

Formule de bref mortuaire employée par les moines de Reichenaw.

Commencement du neuvième siècle?

J'emprunte au *Recueil général* de M. de Rozière[1] la formule suivante, qui est tirée d'un manuscrit de Reichenaw :

Peta, Kanza, duo sorores. Dancolf, pater Peroni. Pero, pater Crimolti. Marcolf, pater Escrihi. Ruadhielm, filius Escrihi. Welafrid, filius Ruadhielmi.

1. P. 953, n. 684.

Adalgund, mater Ata, vel Ata, mater Paldoni. Pald, pater Adalberti. Hieimo, pater Otrihi et Hiagustolti. Kunza, mater Werinperhti. Werinpert, pater Amaldruda. Amaldrud, mater Deotuni.

Venerabili in Christo *illi*, salutem. De cetero cognuscas quia fratres nostri, his nominibus, hujus vitæ miseria caruerunt, et ad Deum, ut credimus, migraverunt. Quapropter eorum memoriam consuetudinariam tam in vicem quam generalem missionem per cetera monasteria habere dignemini.

Nomina fratrum supervenientium et jam in Christo dormientium.

III

Fragment du rouleau du comte Rodolphe, abbé de Saint-Riquier.

Vers 858.

Rodolphe, qui succéda en 853 à Nithard dans l'administration de l'abbaye de Saint-Riquier, et dans le gouvernement de la côte du Pontieu, était déjà remplacé en 864. Hariulfe[1] dit que la mort de Rodolphe fut annoncée par un rouleau dont il a cru devoir insérer l'encyclique dans sa précieuse histoire du monastère de Centule. Je rapporterai textuellement le passage du chroniqueur :

Hruodulfus igitur venerabilis abbas et comes, postquam per aliquos annos cœnobium cum provinciis maritimis gubernavit, se Deo vocante, ex hujus mundi ludibrio emigravit, percepturus pro fideli administra-

1. *Chronicon Centul.*, III, 18; dans *Spicileg.*, in-f°, II, 316.

tione dulcia paradisi. Fratres vero de ejus morte nimium tristes, librum rotularem conficientes, direxerunt per ecclesias et loca sanctorum, dilecti patris exitum nuntiantes, et pro ipso orari cupientes. Quod ideo placuit memorari, quia ipsius voluminis epistola, nostra ætate adhuc durans, inter antiqua monumenta sancti loci, gratam ex se fratribus facit lectionem. Ipsius itaque epistola rotuli talis est :

« Fratres cœnobii sancti Richarii gloriosæ memoriæ, omnibus Christi militibus. Petimus obnixe paternitatem vestram pro nobis fraterne geri defunctis, et vestrorum æque dirigi vocabula mortuorum, diemque adventus præsentis cursoris ad vos venientis per monimenta kalendarum significari, ne fallaciæ suæ præstigiis nobis possit mentiri. Officio vero abbaticio seu præposituræ unacum decaniæ qui fungi videntur, pariter intimare sciat. Obiit itaque apud nos domnus Hruodulfus, comes abbasque simul noster, VIII idus januarii. Ideo que[1] quatenus pro eo decertetis apud Dominum, ut et vos mercedem habeatis, et ille in congregatione justorum aggregetur, vestris suffultus sanctissimis opitulationibus. Statuimusque justum esse ut quem patrem habuimus piissimum dulci filiorum amore pro eo pium Dominum incessanter rogemus. »

1. Il faut sans doute lire : *Ideo quæsumus quatenus.*

IV

Encyclique sur la mort de deux membres du chapitre de Reims.

Neuvième siècle.

Une encyclique que les chanoines de Reims écrivirent pour annoncer la mort de deux membres de leur chapitre a été recueillie par l'auteur de la collection de formules qui accompagne les lettres d'Éginhard dans le manuscrit latin 11379 de la Bibliothèque impériale[1]. M. de Rozière en a donné une édition[2] que j'ai collationnée sur le ms. original.

Honorabiliter venerandis ac venerabiliter honorandis patribus ac fratribus sororibusque Deo sub sacræ institutionis norma degentibus, humilis grex canonicorum almæ Dei genitricis Mariæ Remensis ecclesiæ, instantis ævi gaudium et æternæ felicitatis bravium. Quoniam omnium creator rerum protoplasto Adæ solam ob inobœdientiæ noxa[m] denuntiasse legitur in sui vultus sudore panem comesturo, non magnopere nobis stupendum existit, dum sepe innumeris afficimur malis, qui in erumna hujus corruptibilis ac labilis ævi positi, non solum in exequendis illius mandatis negligentes sumus, sed etiam immenso peccatorum pondere gravamur. Verum quia.... da idem pater pius ingentia pietatis suæ ad.... enta medicaminis, per copiam scilicet elemosinarum,... rem quoque lacrimarum atque assiduitatem orationum, oportet nos juxta præceptum beati Jacobi apostoli orare pro invi-

1. F° 18 v°.
2. *Recueil général des formules*, p. 956, n. 687.

cem, quatinus et hic, quandiu substiterimus, abhostium visibilium et invisibilium infestationibus protegi, et in futuro pariter... bus de gloria æternæ retributionis mereamur.... [cum] ulari. Intimamus itaque benignissimæ caritati [vestræ obi]tum quorumdam fratrum nostrorum illorum, Gerberti et Vualterii archidiaconi, quorum unus v idus julii, alter XVIII kalendas hominem exu[erunt], pro quorum animarum absolutione dignemini quesumus divinam clementiam exorare. Et ne lator hujus diplomatis colludio alicujus astutiæ nobis illudere queat, nomina priorum vestrorum, ut moris est, huic scedulæ asscribi præcipite, atque ut ad nos absque famis injuria remeare valeat, opem liberalitatis vestræ ei impertiri satagite.

V

Formule de bref mortuaire employée par les moines de Saint-Remi de Reims.

Neuvième siècle.

La formule suivante est tirée du même manuscrit que l'encyclique dont le texte vient d'être publié[1]. M. de Rozière l'a comprise dans son *Recueil général*[2].

Catholicæ fidei ac religionis titulo perspicuis patribus sororibusque usquam locorum in sacro contubernio sociatis, humiles ac devoti cœnobitæ beati præsulis Christi Remigii, prosperum hujus vitæ suc-

1. Ms. latin 11379, f° 18 v°.
2. P. 957, n. 688.

cessum et perpetuæ felicitatis in Christo tripudium. Meritam supernæ districtionis vindictam mole peccaminum diutius experti, adeo fluctibus calamitosæ tempestatis obvolvimur, ut solo divinitatis respectu ipsum lucis excursum moras causemur innectere, et licet innumeris inter Schillam et Charibdim jactati naufragiis, utpote persecutionum undis huc illucque tumentibus, talia conqueri cogamur. Illud tamen nobis pæne exitiabiliter atterit quod tot patrum funeribus insistimus, ut ex eorum casu totius loci nostri interitum imminere pavemus. Cujus rei intuitu commonemur ut fraternæ caritatis solatium mutuo exquiramus, quo et defunctorum animæ requiem obtineant, et illi quos adhuc vitæ labor excruciat, evadendi aditum invenire prævaleant. Denunciamus itaque dilectioni vestræ lamentabilem cujusdam patris nostri decessum, nomine *illum*, nostræ generalitatis publice privatimque perutilis prælati, quem et sacerdotio et morum privilegio honorabilem tanto securius vestris precibus allegamus, quanto reverentius vixisse recolimus. Quem, domni patres fratresque sanctissimi, committimus vestrarum precum assiduitatibus, ut quanto nobis ejus absens resolutio propensiorem intulit cordis merorem, tanto vestri vestrorumque efficacia meritorum exhilaret de suorum obtenta divinitus remissione scelerum. Item etiam petimus pro quibusdam nostræ congregationis fratribus *illis*. Ne vero, uti assolet, nos geruli mendosa fraus deludat, rogamus diem kalendarum quo vos adierit primorumque loci vestri nomina subnotare, idemque cursori, ut alacrius iter carpat, diarium largire. Valeat vestra generalitas felicibus in Domino successibus pollens.

VI

Formule de réponse aux brefs mortuaires.

Neuvième siècle.

Le recueil de formules que contient le manuscrit des lettres d'Éginhard, et dans lequel j'ai choisi plusieurs modèles de brefs mortuaires, contient aussi quelques exemples des réponses qu'on faisait d'ordinaire à ces brefs. La pièce suivante[1], malgré l'état de mutilation dans lequel elle nous est parvenue, fait bien comprendre la forme de ces accusés de réception.

Decimo kalendas septembris venit lator apicum vestrorum in monasterio [*illo*]..., ubi præest domnus *ille* episcopus, *ille* decanus, *ille* præpo[situs].... *ille* thesaurarius, *ille* receptor pauperum. [Obsecramus fraternita]tem vestram pro fratribus nostris nuper defunctis [divinam miserico]rdiam exoretis, et ad contigua loca innote[scere eorum nomina faciatis].

VII

Fragment du rouleau de Gauzbert.

968-977.

En tête du manuscrit latin 2262 de la Bibliothèque impériale, venu de Saint-Martial de Limoges, est relié un bout du rouleau

1. Ms. latin 11379, f°. 15. Cette formule a été publiée par M. de Rozière, dans son *Recueil général*, p. 962, n. 692.

d'un certain Gauzbert, qui, selon toute apparence, était un religieux de Saint-Martial, et dont la mort arriva sous le pontificat d'Anstaise, archevêque de Sens, c'est-à-dire entre 968 et 977[1]. Ce Gauzbert est probablement le moine auquel Adémar de Chabanais[2] attribue la restauration de la châsse de saint Martial, sous l'administration de l'abbé Guigue, et la fabrication d'une statue ou d'un bas-relief qui représentait saint Martial bénissant le peuple de la main droite, et tenant de sa main gauche le livre des Évangiles.

Le morceau conservé dans le manuscrit latin 2262 contient presque en entier l'encyclique relative à la mort de Gauzbert, avec les réponses écrites dans le monastère de Sainte-Colombe et dans la cathédrale de Sens.

1. . . . . .

.... adsint. Erat nobis quidam vita et moribus præcipuus atque in cunctis nostri loci actionibus exterioribus et interioribus valde idoneus. Hic nobis quasi refugium, hic nobis murus post Deum, hic nobis civitas, hic turris, hic nobis firmamentum consilii, consolator in adversis, moderator in prosperis, factus omnia omnibus nobis. Hunc acsi patrem, acsi matrem, acsi columpnam supra quam tota domus nostra recumberet habebamus, sine quo nobis mori possibile, vivere putabatur impossibile. Sed hæc vota nostra tam dulcia tamque jocunda tamque necessaria mors veniens abstulit et debitum cunctis cyrographum solvere, heu! heu! Domine Deus! heu! heu! Domine Deus! coegit. Vocabatur hic nomine Gauzbertus, a laicali ordine diu jam in putatione et fossura vineæ patris familias conductus, locatus, et vestris sanctis orationibus, ut speramus, cum matutinis, cum meridianis,

1. *Gallia Christ.*, XII, 31.

2. *Commemoratio abbatum Lemovic.*, dans Labbe, *Nova bibliotheca mss. librorum*, II, 272.

cum vespertinis operariis boni domini bonum denarium percepturus. Igitur, domini patres, carissimi fratres, misericordissimæ matres, clementes sorores, juvenes et virgines, senes cum junioribus, qui scitis flere cum flentibus, induite super defuncto nostro viscera pietatis et misericordiæ Dei, induite viscera misericordiæ sanctorum Dei. Adestote Gauzberto nostro, immo et vestro, omnes enim in Christo fratres sumus. Orate pro Gauzberto, intercedite pro Gauzberto, subvenite Gauzberto. . . . . .

2. .... in locis adhuc eminentioribus. Harum portitor membranularum adiit beatæ virginis Christi Columbæ, necnon etiam sancti Lupi, patronum[1] Senonicæ urbis, cujus illa die imminebat preclara festivitas, ubi domnus Rothardus[2] preesse videtur, qui gregem sibi commissum taliter regit ut absque ullo serpentis venenosi jaculo unusquisque opus exerceat suum, intimans vestrum nobis lamentabile funus. Et statim ut nostris intonuit auribus, in conspectu Dei Deorum preces optulimus lacrimabiles. Quamobrem paternitatem flagitamus vestram ut quod pro vestris ægimus, ne pro nostris dedignetis explere, quorum Deus nomina habet inserta in libro vitæ. Valete in Christo. Amen.

3. Sole prepeti cursu ab alto vertigine poli jam descensum petente suum, IIII nonas scilicet septembris, delator horum apicum adveniens luctifer penetravit limina beatæ ac perpetuæ ΘΗΩΘΩΚΩΝ Mariæ necnonque

1. Lisez *patroni*.

2. Cette mention fixe la date, jusqu'à présent incertaine, de l'administration de l'abbé, que les auteurs du *Gallia Christiana* (XII, 148), sur la foi d'un ancien obituaire, ont appelé « Rotaldus. »

sancti Stephani prototestis Christi, tradens nobis hanc rotulam, habunde anxietate refertam; quam dissolventes, ac simul indita legentes, cognovimus quosdam[1] (*vel quendam*) vestrorum nuperrime carne fore solutos (*solutum*). Pro quibus (*quo*) ilico proplitibus oretenus quæ talibus (*tali*) debebantur fratribus (*fratri*) fudimus preces ante Dominum, petentes ex corde quod quid in eis (*eo*) esset macula viciorum pollutum, ejus confestim pia miseracione mundaretur, faciendo illos (*illum*) ovanter gaudere per evum; illud apostoli Pauli obtime complentes dictum : « Alter alterius honera subferte, » et taliter adimpleatis legem Christi. Nostri interea loci noscatis domnum Deo et hominibus amabilem Anstasium archiepiscopatus tenere officium, qui sibi commissam jure ac fideliter regit catervam, non aliud prædicans ore quam complet officio. Sub quo etiam obtime Ingelraldus[2] servat curam decaniæ, et reliqui fratres consistunt officia sibi ab eo tradita complentes cuncta. Flagitamus itaque id agere pro nostris ab hac luce subtractis quod petere dignati estis pro vestris.

Omnipotens cælo vosmet benedicat ab alto,
Conferat et vitæ premia perpetuæ.
Sis memor Gerelmi, concio sancta, vige.
Manassæ Deus eternam tribueque salutem
Conspice clarifica condi compone corona. Amen.

1. Les mots que j'imprime en caractères italiques et entre crochets ont été ajoutés en interligne sur le rouleau original.

2. Ce nom doit être ajouté à la liste des doyens de Sens, publiée dans le *Gallia Christiana*, XII, 109. Les bénédictins n'avaient trouvé aucune mention de doyens de Sens entre les années 951 et 1035.

VIII

Fragment d'un rouleau anonyme.

965-985.

Le manuscrit latin 2394 A de la Bibliothèque impériale, qui vient de Saint-Martial de Limoges, se termine par un petit bout de rouleau, sur lequel se lisent fort mutilés les titres de Saint-Hilaire (de Poitiers), de Saint-Germain d'Auxerre et de Saint-Étienne d'Auxerre. Le rouleau a été fait pendant que Henri I, duc de Bourgogne, gouvernait l'abbaye de Saint-Germain (965-985[1]).

1. . . . . .

Hæc erit eis dormitio. . . . . de qua a morte ad vitam, a corruptione ad incorruptionem existet transitus. Qua spei fidutia, fratres amabiles, vos animum relevatos fieri exobtantes, vestre significamus dilectioni horum bajulum. . . . . VII idus mai valvas attingisse illius ipsiusque ægregii Hylarii, Hylarii fama super hæthera noti, luciferique inter reliqua astra fulgentis.

. . . . . .

2. . . . . .

eum tradidit, qui simpla morte sua nos liberavit a dupla. Hac igitur (?) conditione coacti has invicem mutuas quia dirigemus geminas (?), II nonas juli vestre sanctitatis suscepimus litteras, et agnito vestre legationis mandato, pro fratribus vestris, presentis vite luce privatis, intcrpellare studuimus ineffabilem cle-

1. *Gallia Christ.*, XII, 376.

mentiam altitroni opificis, ut, expiati cunctorum scelerum maculis, mereantur perfrui celestibus gaudiis. Noverit denique nostri loci, fundati propter menia Autrice[1] urbis, in honore beati Germani egregii Christi confessoris, Ayricum ducem Burgundie tenere regulam (?) abbatis, posque (?). . . al. cognomine. . . . cure preest prelature, Gozbertus decanie, ceteri pro qualitate morum conmi[ssum] exercent officium. Ceterum vestram exposcimus magnificentiam ut nostrorum defunctorum, corum nomina in celesti libro continentur scripta, habeatis memoriam. Valete. Amen.

3. Nonas julii hujus portitor rotulæ attigit limina sancti Stephani Autissioderensis, cui preest. . . . . .

IX

Fragment d'un rouleau de Saint-Martial de Limoges.

987-1004.

Au commencement du manuscrit latin 2195 est relié un fragment d'un rouleau de Saint-Martial de Limoges, sur lequel on lit les titres écrits dans le monastère de Saint-Maixent, dans la cathédrale de Paris et dans l'abbaye de Fleury. Cette dernière abbaye était alors gouvernée par le célèbre Abbon[2], d'où nous pouvons conclure que la date du rouleau est comprise entre les années 987 et 1004.

1. . . . . .

. . . sibi alternatim officiis aut segniter desudant. De

1. Sur ce nom donné à la ville d'Auxerre, voyez Valois, *Not. Gall.*, 71.

2. *Gallia Christ.*, VIII, 1548 et 1549.

cetero vestre scribi subpositis exoramus genibus clementiam paternitatis, ut idipsum nostremet solvatis alumpnis concionis, quorum huic inserere temptamus enarithmata, quamvis compendiosa sit menbranula. Valete in Christo. Amen.

2. Redolentes fragilitatis nostre miserationisque dominice, nos que faucibus inmersos tartaree dampnationis secure vexit ad culmina beate redemptionis (perditi namque in prothoplasto liberamur a Christo), apostoli debemus imitari exemplo dicentis : « Alter alterius honera portate, et sic adimplebitis legem Christi. » Noverit enim paternitas vestra gerulus hujus rotule adiisse limina almi confessoris beati Maxentii sanctique Leodegarii, martiris adque pontificis, ubi domnus Bernardus abbas[1] magis prodesse quam preesse dinoscitur, XIII kalendas octobris[2], hora diei nona, susceptisque litteris comperimus exitum vestrorum fratrum, strenuis Christoque dilectis, pro quorum clementiam Domini clini genuthenus postulavimus, ut cum helectis suis flatum collocet. Petimus pro nostris nuper defunctis, ut vestris horationibus suffulti in celestis regni cubilibus valeant gaudere cum omnibus sanctis. Amen. Domnus Ebulus episcopus[3]. Rannulfus abbas[4]. Abbo monachus. Otgerius monachus. Rainardus monachus. Arierius monachus. Ermenfredus monachus. Gaiferius. Ucbertus. Lonus. Rainaldus. Galbertus. Landericus. Et aliorum quorum nomina Deus scit. Valete in Christo. Amen.

1. Bernard, abbé de Saint-Maixent, depuis 987 environ jusqu'en 1010 environ. *Gallia Christ.*, II, 1249 et 1259.

2. 19 septembre.

3. Eble, évêque de Limoges, mort vers 974. *Gallia Christ.* II, 510.

4. Renouf, abbé de Saint-Maixent, mort en 968. *Ibid.*, 1249.

3. Sciat dileccio vestra venisse latorem vestrarum litterarum ad domum intemerate virginis Christi Mariæ Parisiacæ sedis XII kalendas novembris[1], depromens funera nobis quorumdam fratrum vestrorum ex monasterio sancti Marcialis. Nos vero, ut comperimus, ilico decrevimus, pro abolenda eorum macula, Domino preces inpendi, quo valeant pervenire ad gaudia superne jocunditatis et evadere supplicia extreme ulcionis. Summis ergo nisibus osecramus multimodam karitatem vestram ut, sicut flagitatis pro vestris a nobis agi, idemptidem pro nostris agere ne pigritemini, quorum ille scit nomina qui condidit omnia. Valeat almitas vestra per secula cuncta. Amen.

. . . . . .

4. Quarto idus novenbris[2].

Casta sibi mater cœlestis maxime nutrit
Filiolosque regit pulchros dulcedine rerum,
Cum solidum prebet p..... pietate salubri
Collucetque nimis per secula .....,
Quæ cunctis semper radiis inluminat atque
Convertit proprias in claro lumine formas,
Ostenditque suis angustum vadere callem,
Qui ducit pulchrum servat quoque munere plenum
Pastori Christo gratanter ovile superno,
Ad messem niveam quæ gignit lilia vite,
Et placide floret radianti germine semper.
Olim quippe fuit, nunc est, sine fine manebit.
Illic maturæ segetes resonant reverenter,
Conspectum reboant messoris suaviter ante.
Hinc blandos puerile sonos decus atque decentes,
Post agnum gaudentes per violaria campi,

1. 21 octobre.
2. 10 novembre.

Et confessorum legio modulamine psallit,
Æternisque bonis utuntur corde pudico,
Cum quibus insignis renitet pastor Benedictus,
Nobilitate cluens et morum stemmate fulgens.
Nam tumulus perhibet quod in astris optime lucet,
..... suos junctos fovet, implet, honorat,
Glorificat, servat, custodit, diligit, ornat (?).
Gaudia nempe ferens nobis cœlestia dulce,
..... pastor quo nomine dictus (?),
Possidet atque regit nos Abbo more paterno,
Letamurque satis florentes rite sub illo,
Qui pollet ..... sermone per ævum.
Funera vestrorum subito nimium relegentes,
Menbra solo, planctu turbati namque doloris,
Sternentes, lacrimis fusis, deposcimus illum
Grex electorum pariter quem plaudit ovanter
Ut possint sanctas inter gaudere chatervas;
Nunc etiam petimus cuncti cum mente serena
Pro vestris, et idem pro nostris quæ rogitastis,
Sitque satis placide per tempora cuncta. Valete.

X

Vers inscrits sur différents rouleaux.

Dixième siècle.

A la fin du ms. latin 8674 sont copiées cinq pièces de vers qui ont dû primitivement figurer sur des rouleaux mortuaires, et qui ont sans doute été recueillies comme formules à la fin du dixième ou au commencement du onzième siècle, par un scribe assez négligent.

La première a été composée dans l'abbaye de Saint-Remi de Reims, lors de la présentation d'un rouleau qui fut apporté un

jour de Pentecôte, le 6 des calendes de juin, c'est-à-dire le 27 mai. L'abbé, le prieur et le prévôt du monastère s'appelaient du même nom, et ce nom, commençant par un R, se composait de trois syllabes, dont la première pouvait être employée comme longue ou comme brève : Rodulphus remplit assez bien ces conditions. Il y eut un *Rodulphus*, abbé de Saint-Remi, depuis 969 jusqu'en 983, et dans cette période la Pentecôte arriva deux fois le 27 mai, en 977 et en 983. C'est à l'une ou à l'autre de ces dates que je crois devoir rapporter la pièce dont il est ici question.

La seconde pièce que nous fournit le ms. 8674 est un titre écrit dans l'abbaye de Fleury-sur-Loire, le jour où l'on invoque saint Nazaire, saint Nabor, saint Cyrin et saint Celse, c'est-à-dire le 12 juin; l'auteur y nomme l'abbé Richard, qui mourut en 979.

La troisième pièce a été également rédigée dans l'abbaye de Fleury, mais la date n'en peut pas être fixée. Rainard et Ranulfe y sont bien désignés comme étant à la tête du monastère; mais ni l'un ni l'autre ne devait avoir le titre d'abbé, et je ne puis dire à quelle époque ces deux dignitaires ont vécu. Le poëme est daté du 20 juin, et se termine par des imprécations contre ceux qui inscrivent des vers inconvenants sur les rouleaux.

La quatrième des pièces tirées du ms. 8674 est, comme la première, un titre de l'abbaye de Saint-Remi de Reims, qui a été composé un jour de Pentecôte, sous l'administration de l'abbé Hincmar, de 945 à 968 ou environ.

Rien n'indique à quelle église doit être attribuée la cinquième et dernière pièce.

1.

Gaudia festivi coleret cum clara diei
Climate sub quadro mundi plebs christicolarum,
Spiritus adveniens tecto residentibus uno,
Discipulis karisma sui quo contulit almis,
Tramite defessus longo, diplomatis hujus
Portitor expeciit sublimia culmina templi,
Pastor R[emigius] rutilat quo somate faustus;
Stat locus ipse quidem structus sub moenibus altis
Scemate preclaro Remorum nobilis urbis,
Impius occisi quam frater condere jussit

Nomine sub fratris, ceu fama volatilis infit,
Intro pedem vester ferret cum pellifer istuc,
Junii bis ternas te mensis agente kalendas.
Protulit ingentes nobis has ilico pelles,
Luminibus quibus inductis sollerter acutis
Novimus abstractos his vestri rebus adelphos,
Pro quorum fraternus amor noster rogitando
Aures pulsavit summi requiete creantis,
Ut pro parte sibi fuerant quia crimina carnis
Parceret eternus deitatis munere Jhesus.
Nullus enim sine sorde valet hanc ducere vitam,
Tempore nec potis est isto sic vivere quisquam
Quin egeat precibus gustata morte piari.
Quapropter, dum vitali nunc pascimur aura,
Alternis vitam precibus nostram relevemus;
Quin studeamus et his solamina ferre salutis
Ultima terrena quos sors subduxit ab ulva,
Ut, cum vivorum fuerint regione locati,
Sint memores nostri, premimur qui pondere carnis;
Differet hos Christus non exaudire rogatus,
Qui pietate sua celo descendit ad arva,
Sumens humanam de virgine matre figuram,
Participes nos esse sui daret ut quoque regni,
Credimus in Christo naturam ac poscere nostram
Semper apud patrem fragilis pro crimine limi,
Vestitur primi quo cuncta propago parentis.
Regmina coenobii si forsan noscere vultis
Quorum predicti sollers exerceat actus,
Pastor inest clarus mira pietate refertus,
Angelicos vultus vitamque decenter adeptus,
R. . . . . nobis bonitatis quem decus ornat :
Huic turres bine, parili vocitamine dicte,
Virtutum saxis suffulte fortibus herent :
Prepositus, prior, his alterque deconta R.....
Imperiis horum famulatur concio fratrum.
Hinc sibi decertant studiis parere vicissim.

Ergo patres sancti, pietatis munere pleni,
Nisibus ut Dominum totis poscatis Ihesum
Fratribus oramus pro nostris lumine demptis
Mundali, vitam quo Christus donet in aethra
His ubi perpetuas promant feliciter odas. Amen.

2.

Conditor angelici caetus rerumque creator,
Qui genus humanum magna pietate gubernat,
Omnipotens Dominus, summus regnator Olimpi,
Cujus clara nitet magestas semper ubique,
Agmina cui parent nimium per secula sancta,
Terrigenas cupiens cœli con[s]cendere celsa,
Lumina perspicuo splendent qua prata beata,
Forcia corda dedit perfundens dogmate sacro,
Vincere quo possint hostes zabulumve superbum,
Atque illi jugiter resonent super alta polorum,
Carmina cum musis psallendo dulcia claris,
Quos statuens in celsa poli super astra reponit,
Statque choronatus splendescere perpete constat,
E quibus alme nitet Nazarus lumine plenus,
Qui super astra poli, Christo ducente perhenni,
Victor sidereas penetravit ad auras[1];
Hunc sequitur magnus Christi de nomine comptus,
Sanguine perfusus, dedens jugulum lanioni,
Nabor, ut optatum posset pie cernere Jhesum;
Hincque rosis Cirinus adest ornatus opime,
Sedibus in celsis jubilans tibi, rex benedicte;
Quem superis socians redemisti tempora lauro.
Flos puerile decens de te quid promere possunt
Terrigene miseri[2], superas quos atra petendo,
Celse, puer vernans[3], Christo gratissima proles,
Lucida contribuas nobis in secula regna,

1. Il manque un mot à ce vers.
2. « Misereri, » dans le ms.
3. « Umnans, » dans le ms.

Omnimodis petimus votis precibusque peraltis.
Deinde alios sanctos, quorum sollempnia sacra
Excolimus famuli, totis visceribus alme
Poscimus ut nobis tribuant decora alta parentis.
Vocibus assiduis dum talia sepe çanentes
Festivum caelebrare diem, fratres venerandi,
Vellemus, valide vester tunc limina trivit
Portitor almiflue Mariæ, Christi genitricis,
Femina que Dominum proprio de corpore natum,
Angelicos cœtus transcendens[1] rure beata,
Protulit in terris sacro de pneumate[2] cretum,
Cujus caula nitet famosis laudibus alma,
Hocque loco rutilat dudum vocitamine dictus,
Aurea Vallis erat, tali dixere priores,
Ast nunc Floriacus dictus de nomine pulchro,
Floribus insertus jussu Domini omnipotentis.
Hic bovans hospes pastor monachorum
Conditus in pulchris requiescit somate gemmis,
Virtutum meritis toto qui fulget in orbe,
Virtus namque sua fama pervenit ad astra;
Gallia congaudet tanto redimita patrono[3],
Ast Itali nimium lacrimis pectusque rigante[s]
Fletibus assiduis vacui de munere magno.
Continuo ut legimus vestrorum funera fratrum,
Dulciflui fratres, valide Domino renitentes,
Mox dolor hanimus[4] cunctorum dulcia corda
Perculit haud nimium, lacrimasque ex pectore solvit,
Supplicibus votis Domino, tunc poblite flexo,
Vota precum, famuli possint quo gaudia cœli
Scandere perpetuo, Jhesu tribuente benigno,
Atque lacum superare satis hostem Radamantum
Omnimodis valeant et vincere pessima regna,

1. « Transcondens, » dans le ms.
2. « Nepumate, » dans le ms.
3. « Patrona, » dans le ms.
4. Il faut peut-être lire « exanimus. »

Que rabidus flammis ambit torrentibus amnis[1]
Tartar cum Flegeton, torquetque sonantia saxa.
Prestat nunc animo parvis resonare loquelis
Nomina que proceres habeant ducto[r]que phalangis,
Primus ab ethereo summus decoratus Olimpo :
R.... pater est rutilum decus additus almis,
Deinde salutiferi plenus de lumine Christi,
Recta tenens nimium magnaque propagine natus.
Hoc libuit calamis magnis et psallere verbis.

3.

Tristia corda solent mestum quia (?) promere carmen,
Spargere nec radios nube tegente suos
Furva, sydereis quanquam clarescat in oris
Phebus, quadrigis[2] qui micat ignivomis,
Nec crescat condigna dolor sub corde latendo,
Cudimus abstracti[3] carmina nos elegi,
Quos sors exilii tenet, eheu, mesta vetusti,
Que veram requiem denegat adque diem
Non inlustratum, semper sed lumine plenum,
Cernere, quem superus occupat ecce chorus
Angelorum, quamvis hac perpete luce fruatur,
Quam quicumque videt, ambit habere semel,
Est quia summa quies, simul est et gloria perpes,
Nullus cecatur, nemoque quo moritur.
Noscere quam quisquis pleno notamine gliscis,
Perlege divinos corde tenace libros,
In quis perpetuæ quanquam sint dogmata vitæ,
Et mentem supera quamvis ad astra ve[h]ant,
Quam sit amoena pie non pandunt gloria vite,
A qua culpati pellimur heu miseri.
Pervigil et quoniam non mansit vivere cura
Atque bonum summum.... habere Deum,

1. « Annis, » dans le ms.
2. Le ms. porte *quidchirr* avec un signe d'abréviation.
3. « Abstractis, » dans le ms.

Que sunt apta reis sufferre pericula cunctis
Cogimur, exicii solvere necne vices.
Hinc infirmamur, cecamur nosque necamur,
Despicimur, tra[h]imur, cedimur et morimur,
Et baratri poenas post ista veremur acerbas;
Et quoniam nobis sors erat ista necis,
Emate nos fuso salvavit proditus insons,
Qui nixus patrio jam sedet in solio,
At quem post fragilis respirat sagmata carnis,
Salvatum qui scit sanguine se Domini.
Is patri vestrum[1] commendet alumnum,
Quem sors loetalis traxit ad alta poli,
Fratribus et valvas cœlorum pandat hiantes,
Exutos carnis carcere quo[s] gemitis.
Denique, loetali quia jungimur[2] ordine vobis,
Poscimus, o fratres, fratribus ut memores
Sitis quos mortis sors ultima vexit in astris,
Subtraxitque solo, reddi[di]t adque polo.
Nomina sed supero velud insita cimus in albo
Cum gemitu vobis pandimus et lacrimis;
Fine recente solum liquerunt rite perosum,
Magnaque nobismet damna dedere semel,
Atque juvante pio monachorum sydera patre
Promeruere choris scandere cum superis.
Hos sydus cœli B[enedictus] in aede ducavit
Necnon a cunis hos dapibus aluit,
Reddi[di]t et cœlo dictos ceu credimus alto;
Quesumus attamen his parcite cum reliquis,
Et quanquam meritis condantur in æthere cœli,
Vester amor dictum poscat at ecce patrem,
Quatinus æthereis condi mereantur in oris
Atque Benedictum cernere necne Deum;
Cujus in æde pater Rainardus nomine fulget,

1. Ici doit manquer un mot.
2. « Jungimus, » dans le ms.

Mundior hic auro, purior atque vitro,
Et deconta pius præcelso stemate natus.
Hunc Rannulfus [1] qui meritis sequitur,
Post ....[2] adest claro qui docmate pollet,
Stemate nobilis hic, nobilior meritis.
Hujus si laudes, decet ut, quis scribere vellet,
Quiret millenis haud reboare sonis,
Quas nec si baratri possent tra[h]erentur ab imis
Homerus, Silenus, Orphæus et Titirus.
Hic fore non patitur ulli pietate secundus;
Eloquar ut brevius, vivat ubique pius.
Hinc quoque prelatis digne nos subdimur almis,
Qui virtute valent omnimodisque vigent.
Mensis bis denos jam volverat ordine soles
Junius, hic templi cum bifores adiit
Lœtifer eximii B[enedicti] semper alumni,
Qui pater est monachis atque salus laicis.
Com[m]oda digna precum confestim reddimus illis,
Substractos mundo quos gemitis misero,
Poscentes sanctis mereantur in æthere jungi
Quatinus, excelsum cernere necne Deum,
Quos sequier carnis post sacmata dura queatis
Virgineaque polo promere voce melos.
Denique mordemus verbis stultosque fatemur
Conque pilatores spernimus, exuvias
Qui complent pecudum scedis quas non bene norunt,
Et dum plena vident verba, chachinna movent;
Hinc coxas tundunt, se doctos esseque jactant,
Ac fibridentes palificant similes,
Ipsaque despiciunt que nunquam noscere possunt.
Dicimus en ebetes hos asinisque pares,
Necnon molosi lapidandos stercore inormis,
Et dignos fetidis plaudimus esse thoris.

1. Un mot doit manquer ici.
2. Place d'un mot laissée en blanc dans le ms.

Quos cuncti patres simul et compescite fratres,
Planaque nunc vobis grata poemata sint.
Atque superborum tundentes turgida colla,
Mecum pompisonos spernite, queso, melos.
Nunc fratrum psalmis ornantes funera et hymnis,
Ac animas superis reddite, posco, choris
Quo prestante trahi Domino sine fine queatis
Possitisque Dei visibus, oro, frui.
Decies ecce sticos obsceno carmine denos
Scripsimus, afferet hunc integer et numerus.

4.

Sancti confessoris Christi
Presulis Remigii
Archisterio sublimi
Haec delata e[st] scedula,
Insignis in quo thesaurus
Ipse jacens colitur,
Cujus domus consecrata,
Celsis rebus lucida,
Civitatis stat Remensis
In prospectu condita,
Ubi venerandi patris
Domni abbatis Hincmari
Agitur grex monachorum
Pastorali regimine,
Sub quo meliora vitæ
Idem curat capere,
Vota reddens Deo sua
Famulando pervigil.
Sed hujus legationis
De exceptu dicendum
Est quæ facta insperate,
Ut plerumque accidit,
Cum cælebrarentur festa
Diei pentecostes

Venerationis dignæ
Cultu sancta ecclesia,
Cujus diei beatæ
Mundo satis gaudia
Anni spera jam revexit,
Memoranda jugiter,
Que de gratia nimirum
Extant sancti spiritus.
Hæc, ut olim lex antiqua,
Acto paschæ tempore,
Est discipulis donata.
Die quinquagesimo
Requies aeterna claret;
Quo dierum numero
Hoc et verum approbabit,
Si quis sollers quæritet.
Prisce nam legis edicto,
Anno quinquagesimo
Populi cessabat opus,
Laxabantur debita,
Servi liberi redibant
Dediti servitio:
Hic annus erat festivis
Laudibus celebrior
Populi, in quo gaudebat
Glorians in Domino.
Sic mysterii per umbram,
Animarum requies,
Gaudium lucis aeternæ,
Figurantur etiam,
Ubi nullus erit labor,
Nulla vel miseria,
Nullus etiam defectus,
Dolor sive gravior,
Non pondus meroris duri,
Langor sed nec marcidus;

Aberit omnis pressura,
Absistit et gemitus,
Sed beatitudo magna [1],
Perhennis et gloria,
Electi qua satientur
Sociati superis,
Unde loquitur propheta
Voce cordis consona :
« Saciatus ero, illam
Dum contempler gloriam, »
Quam Deus concedat vestris
Adipisci fratribus,
Ultimum qui jam fecere
Mundo vale misero.
Hic quam sit miser ostendit,
Dum fugit et labitur,
Quem nullus fidelis corde
Debet certe incolere,
Licet teneatur illo
Habitu corporeo,
Sed calcare mentis pede,
Ob [amorem] patriæ
Ad quam tendunt omnes sancti,
Juste pie viventes.
Haec ingenii pro captu,
Spreta lege carminis,
Syllabarum sed servato.
Dixi pauca numero,
Ut oportuit, utendo
Symplici eloquio.
Nullus enim fere scribit
Carmen, doctus rotulus
Nisi ut demonstret tantum

1. « Subaudi : erit ibi » Ces mots sont en interligne au-dessus du mot *magna*.

Multis suum sapere,
Justa quod poeta canit
Suo libro Persius :
« Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter. »
Re necesse fieri
Quod non estimamus ista.

5.

Cum sors mesta.... tantum sonet ore loquentis,
Cui per compassionem
Debet quis succurrere
Supplicibus votis devoto pectore fusis,
Causa agende caritatis
Insudandum precibus,
Ut vivant Christo subtracti corpore mundo
Alter altero juvandus
Animo cum simplici,
Ut teneat vitam, Domino prestante, supernam.
Humili quapropter sensu
Quisque debet eloqui
Et non ventosæ conscribere verba loquelæ,
Vel vacuas [1] e[f]fundere scripta per aures
Pen. . . . . .
Duximus nos congruum,
Ne nobis dentes infigeret alcius acres
Ista legens aliquis carpendo superbus [2],
Cujus conterere[m] de saxi robore frunte[m],
Si mea dicta suis temptaret carpere mendis.
Sunt etiam plures, scripture parva scientes,
Qui, dum quorundam spectant dictamina [3],
Morsibus [h]ec avidis lacerant fallaciter oris.
Confuta[ta] recito.
Nomina post [h]ec notamus

1. Ici doit manquer un mot.
2. Ce vers est incomplet d'un pied.
3. Le copiste a omis le dernier mot de ce vers.

Quorumdam defunctorum,
Quos dileccioni vestrae
Commendamus supplices,
Ut pie Christum rogetis
[Ut sola]men senciant,
Sublætenter[1] ad[h]erentes
Coetibus angelicis;
Quod ipse prestare velit
Qui semper regiminis vivit
Omnipotens dominator
Omnia per secula. Amen.
Vos Deus in regno faciad gaudere superno.

XI

Fragment d'un rouleau anonyme.

Fin du dixième siècle.

Dans les gardes du manuscrit latin 2262 de la Bibliothèque impériale, venu de Saint-Martial de Limoges, on remarque le commencement d'un rouleau, dont l'encyclique est conservée presqu'en entier. Malheureusement les lacunes portent sur les phrases qui contenaient le nom et les qualités du défunt.

Præscientia simul atque prædestinatione vocantis et miserentis Dei in quadratura architectura celestis Jherusalem praescitis atque prædestinatis, per eum ex quo omnia, eum ipsum per quem omnia, illum eundem in quo omnia, patribus conscriptis, fratribus adscriptis, matribus sororibusve descriptis, Marcialis, beatissimi Lemovicorum immo universalis Aquitaniæ patroni,

1. La lecture de ce mot n'est pas certaine.

grex monasticæ religionis, transitum a morte ad vitam, a corruptione ad incorruptionem, a vitiis ad virtutes, a Judea ad Galileam. Certissimæ spei anchoram in soliditate perventuræ quietis figentes, nullatenus remur ambigere primum potissimum in hominibus ultimumve diem eisdem eliquare suæ sortis qualitatem. Unde typicus ille Salomon, omissis generibus generalissimis superioribus, omissis individuis inferioribus, digitum notabilem solis apposuit speciebus duabus, varios earum casus ex conflictatione alternantium rerum miseratus : « Homo, inquiens, ad laborem quia nascitur, et avis ad volatum. » Quem videlicet ortum recurrentis in semet generacionis, ex infortunio prolapsi primi hominis miseranter miserum, ex mentis arce philosophico dispiciens oculo, licet id ipsum miseria sit, plorabili elogio denigrat inquiens : « Melior est dies mortis die nativitatis. » Circumquaque etenim cuncta que fiunt sub sole perlustrans, vanitatemque his inesse sagax animi perpendens,. . . . . s dicitur : « O mors, quam amara est memoria tua! ». . . . . eisdem namque ipsis qui ut in circuitu impii ambulant, qui laetantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis, illa ipsa sui mors, ut ita dicam, aliquotiens beata est, repentino duntaxat brevis vitæ intempestivo, quia, cum minus numerosa secum Herebo tulerint scelera, minus illic tormentalia patientur supplicia. At non ita justorum subtili lance trutinatur vita, dum diem ex die, ex bonis progressa ad meliora, a minimis ad majora, foetifero proventu diatim sibi virtutum ampliorum coacervando parit augmenta, quatinus in conspectu Domini mors ejus sit pretiosa. Quapropter juxta hoc

dicentem psalmistam : « Adhuc multiplicantur uberi in senecta, » quia, cum prolixioris vitæ prolixiora secum retulerint caelo catatormata, multipliciora illic sese recepisse laetabuntur emolumenta. Cum hæc dixerimus ex minus malis brevitate licet vitæ, et tamen ea ipsa pessima, quantum eorum conata destinatione, nichilominus et ex bonis amplius perfeccioribus[1], subintelligendum relinquimus quid maneat eadem vitæ brevitate minus bonos, et tamen bonos, quid vero respiciat augmentata malicia protelatæ vite malos. Dicitur quoque de subdividua hujusmodi particularitate, ac primum de priori secundæ : « Raptus est; » haud dubium quin quilibet electorum, ne malicia mutaret intellectum ejus, aut ficcio deciperet animam illius....

XII

Fragment d'un rouleau anonyme.

989 ou 1000.

Un rouleau de Saint-Martial de Limoges, dont quelques lambeaux sont cousus au commencement et à la fin du manuscrit latin 1085 de la Bibliothèque impériale, fut présenté dans l'abbaye d'Aurillac le mardi saint 26 mars; le 23 du même mois, il avait été porté à l'abbaye de Beaulieu, qui était alors administrée par l'abbé Bernard[2]. Le caractère de l'écriture, combiné avec ces circonstances, conduit à placer le rouleau dont il est ici question sous l'année 989 ou bien encore sous l'année 1000.

1. On lit en interligne : « S. dixerimus, » peut-être pour *Subaudiendum dixerimus.*

2. Voyez Deloche, *Cartulaire de Beaulieu*, p. CCLII.

Le jeudi saint, 28 mars, le porteur du rouleau fut reçu dans un monastère qui avait successivement perdu deux abbés, nommés, l'un Gauzbert, l'autre Gibert. Je suppose qu'il s'agit ici de l'abbaye de Moissac, qui fut gouvernée par Gauzbert, sous le règne de Lothaire (954-985)[1]. Dans cette hypothèse, il faudrait ajouter sur la liste des abbés de Moissac le nom de Gibert, qui viendrait après Gauzbert et avant Hugues II.

1. . . . . .

patimur excidium. Siquidem digni trucis incendii tenebris deputari, sui. . . solius erga nos exuberante clementia, magnarum opum efficimur possesores, si anelantium circa thæoriae appetitum proximorum errata fratridico juvamine satagamus sublevare. Idcirco nos Bellilccences, summi clavigeri Petri veneratores, sub patris Bernardi tuicione degentes, ut comperimus latorem vestrae tristiciæ, dignum decrevimus fore aliquantulum vestris fratribus auxiliandum. Quod offitiose exegimus x kalendas aprilis, obnixe petentes nostris adelphis simile munus imperciendum. Valete.

2. Septenas revocante aprilis marte kalendas,
Cum populus salvantis opus celebraret ovanter,
Scilicet aeterni Domini mortem, salvatus ab ipso,
Post palmas ternam lucem de more rotante
Sole, Aureliaca cohors lugibunda recepit
Gramata quæ notant vestrorum funera fratrum.
Pro quibus unanimes poscunt Domini pietatem,
Mortis ut aeternæ valeant evadere casus,
Aduituque malo haud timeant, potius sed herilem
Percipiantque vocem, capiant qua præmia justa
A dextris positi sine fine manentia celo.

3. Exemplum Jesu Christi Domini nostri quam cum

1. *Gallia Christiana*, I, 161.

discipulis suis perhactus est pridie quam pateretur, nobis excubias celebrantibus, portitor hujus indiculi advenit, lugubrosam funeris patris vestri nostr[o] fratri denuncians. Nos vero inter nostrorum patrum hac... que pro his agimus obsequiis inter eos nostris beneficiis conputa. . . . Expo[s]cimus itaque animis vestris nobilitatem, ut pro nostris non pigeat exorare faciem illius qui nos de tenebris ignorancie, videlicet pro Gauzberto abbate, pro Giberto abbate, pro Arnanldo monacho, pro Avito monacho, pro Bernoni monacho, pro Bernardo monacho, pro Uggo[ne. . .], pro Aigmaro. . . . . et aliorum qu[o]rum nomina illi sunt nota cui cuncta.

4. Clandestinis nefariæ tergiversationis prestigiis natura humanæ conditionis addicta, inexplebile sui deefctus detrimentum, in deteriora semper patitur volumptas, cum procul dubio hunc repentina calamitas perpetuæ infelicitati deformiter addicat, illum gravis animadversio superne examinationis, exigentibus meritorum qualitatibus, graviter feriat. Et quidem omnia que ad usum nobis cælitus collata sunt vitæ ad husum[1]. . . . . .

1. La fin de ce titre est illisible. On y déchiffre cependant quelques mots parmi lesquels je rapporterai les suivants : « ....Pari quidem conditione, set impari discrimine.... Felix vero navigantis.... His ita vobis.... diligenti calamo breviter succincter.... communis caritatis.... Complevimus quod mandastis.... talionem utique nobis in hoc.... »

XIII

Fragment d'un rouleau anonyme.

Vers l'an 1000.

En tête du ms. latin 2328 de la Bibliothèque impériale, venu de Saint-Martial de Limoges, on remarque un lambeau de rouleau dont l'écriture paraît se rapporter à la fin du dixième siècle ou au commencement du onzième. On lit sur ce fragment : 1° un titre qui, si je ne me trompe, a été écrit à Notre-Dame de Paris; 2° le commencement d'un titre écrit dans l'abbaye de Saint-Denis; 3° les premiers vers d'un titre de l'abbaye d'Orbais.

1. Christicolis cunctis terrarum in orbe dimensis pax. . . . . etur divinæ p. . . . . astriferas dum esperus noctis reduceret umbras. . . . . solis supercilio clauderetur ocæano rogat. . . . . ur. . . . qua. . . . . afferentem rumigerulum totius co. . . . . tatis sortem vestris ex partibus nobis denunciantem sanctæ Mariæ Parisius obvium suscepimus . . . . . solito ex consuetudine hujusmodi ga. . . . . benigne suscipientes, illataque vestri. . . . . amenta legentes salutaris vice religionis tullianas quasdam objectiones et. . . . . Minervæ interpretationes tantum collegimus. Quæ res non parum vitio datur. Quod vero diversorum. . . . . orum delectati quoniam presentialiter attingere nequitis, psaltem rumigerulis, ut ita dicam,

apiculis explorare temptatis etiam super hoc importunitatem morum vestrorum, quæ vobis semper compotrix est, pro insita consuetudine vel natura. . . . . gne spectamus. Singulariter autem quod vos pro vestris defunctis orare scripsistis, neque nos neque cæteros qui scriptitant se fecisse aliquatenus fecisse sciatis. Communis tamen oratio eorum oblivisci non querit, quæ nos sibi omnes in Christo alterutrum vivos et mortuos jugiter habeat commendatos. Valete.

2. Contio sancti
En Dionysii.
Gozfredum precibus figite,
Willelmumque pia mente tenete.

3. Omne genus hominum, casus reminiscere loeti,
Mortiferi dudum nascentis ab ore chelidri,
Qui primi fauces hominis satiare coægit
Arboris ex fructu noscente bonumque malumque;
Post quem nos soboles frendens Gurgonides atque
Nititur absorbere vorax cum dente lupino.
Hinc Pauli memores dicti studeamus adesse,
Docmate vocifero cosmo reboantis in isto :
« Eternum pondus sotiorum ferte, » simulque
Astriferi jussum sectantes denique Christi.
Scire pium vobis, nostrum notamus ovile
Orbacis scilicet veteris sub onomate dictum.
Affore testatur noster seniorque paterque
Hic (*scilicet Petrus*) custos ovium, ductor quoque cœ-
Noster et eximius Drogo venerabilis abba, [licolarum ;
Inter ovesque suas rutilans ceu mistica lampas,
Sub quo servatur fraterna cohorsque venusta,
Que jugiter pietate viget, bonitate renitet.
Suggerimus vobis mesti cum voce lugubri,
. . . . . .

XIV

Encyclique sur la mort d'Abbon, abbé de Fleury.

1004.

La mort du célèbre Abbon, abbé de Fleury, arrivée le 13 novembre 1004, a été racontée par les principaux historiens du onzième siècle, Aimoin[1], Raoul Glaber[2] et Adémar de Chabanais[3]. L'encyclique que les moines de Fleuri écrivirent sur cet événement s'est conservée dans un manuscrit du onzième siècle que possède la Bibliothèque impériale[4]. Elle a déjà été publiée dans les Miscellanées de Baluze[5], dans les Actes des saints de l'ordre de Saint-Benoît[6], dans les Annales de Mabillon[7] et dans le Recueil des historiens de la France[8].

Universis abbatibus Christique fidelibus quoquo locorum habitantibus, Floriacensis conciola, dejecta et patre viduata. Fletu poene absortis, dolore contritis, manum porrigite spiritalis auxilii, patres sanctissimi, per affectum fraterne karitatis. Pane meroris potuque amaritudinis cybati, vestris orationibus mereamur recreari, quorum cythara leticiæ versa est in luctum mesticiæ, quorum organum luctuose sonat lamentum et jocunditas vocem tantummodo flentium. Pervenit gladius doloris usque ad animam, dum deploramus

1. Bouquet, X, 339.
2. Ibid., 29.
3. Ibid., 148.
4. Fonds latin, n. 2858, f° 69 v°.
5. Edit. in-f°, III, 114.
6. Sæc. VI, pars I, 35.
7. IV, 172.
8. X, 442.

pro sanctæ religionis studio domnum et abbatem nostrum Abbonem excessis[s]e a seculo, coronatum martirio, qui Wasconum gladiis felix promeruit feliciter beatorum martyrum socius fieri. Cujus animæ contagia vestra oratio abstergat, qui vestri amator omniumque Christi servientium verus semper extitit dilector. Nobis quoque, quos orphanos reliquit, fraternis succurrite votis, et Deum omnipotentem placate orationum hostiis, ut dignetur sua gratia gregem decapitatum et pio patre orbatum consolari. Obiit idibus novembris, die natalis sancti Brici.

XV

Encyclique sur la mort d'Arbode, abbé de Saint-Remi de Reims.

1005.

Arbode, abbé de Saint-Remi de Reims, mourut le 11 avril 1005[1]. Sa mort fut annoncée en même temps que celle de deux moines ou novices du même monastère, nommés l'un Isambard, l'autre Gérard. L'encyclique relative à ces trois religieux avait été transcrite au onzième siècle sur les feuillets blancs qui se trouvaient à la fin d'un exemplaire de la Vie des Pères, conservé à l'abbaye de Saint-Thierri. Au dix-septième siècle, dom Anselme Le Michel recueillit ces feuillets, qui, après avoir appartenu à dom Brial, sont aujourd'hui à la Bibliothèque impériale, fonds latin, n° 9376, f° 40-42.

Omnibus Deo devotis congregationibus, canonice sive normaliter Christo summo pastori sub religiosis

1. *Gallia Christ.*, IX, 227.

pastoribus atque sub Deo dicatis abbatissis militantibus, humilis caterva monachorum Sancti Remigii, Remorum archiepiscopi, Francorum apostoli, omnium virtutum optabilem provectum. Cum primitivi fructus caritatis numquam sint extra munus geminæ dilectionis, non dubitamus vos repletos esse spiritu pietatis, quæ non est sine principali condimento apostolicæ compassionis, quæ est intima perceptio alterius infirmitatis. Quibus enim est, secundum doctorem gentium, communis affectus compatiendi, erit communis gloria conregnandi. Cum enim per lapsum mortalitatis cotidie transeat humanum genus in ariditatem cinerum, postremitas est omnium malorum figere mentis gressum in delectatione rerum transeuntium.

Si subsistendi non est mora prætereuntium,
Quis dives stabilem rebus fabricabit amorem?

Nam quia status humanitatis assiduæ defluit, cum decursu temporis, velociter submovemur a sedibus terrenæ habitationis. Quæ etenim est temporalis vitæ firmitas, cum transvolet dierum, mensium, annorum mobilitas? Qui sicut flos fœni fragiliter a lusibus mundanæ vanitatis subtrahitur, utquid carnaliter gloriatur?

In carnis vana residet cur pompa favilla?

Si nudi intravimus captivitatem hujus peregrinationis, nudi exituri sumus ab hospitio humanæ ægritudinis. Quis namque filiorum Adæ, decepti non solum pomifero sed etiam mortifero sapore, morimur sine captivitate? Si non peregrinaremur, non moreremur.

Nascimur in mundo nudi, morimur peregrini.

Sciendum namque est quia presens vita via est, non patria. Cum enim irrevocabilia bona presentis vitæ aliquis amplectitur, ad non esse compellitur, qui evanescentibus rebus inplicatur.

Inficiunt mentes hominum res prætereuntes.

Sed cum velocitas gravitatis humanæ non possit aliqua stabilitate subsistere, in illo nos oportet omnem plenitudinem desiderii nostri ponere qui solus potuit super mortis occasum potenter ascendere.

Sub reditu vitæ traduntur corpora terræ,
Si rex virtutum mortis calcavit abyssum.

Fidutialiter ergo oportet nos consolari de casu dissolutionis corporeæ, qui minimum capillum capitis non perdemus in tam procelloso mundi pulvere.

Per mundum sparsos servabit terra capillos;
Quos rogus exurit, divina potentia reddit.

Sed lugubres meditationes cordium non pendent ex fratrum dormitione, sed ex divini juditii appensione. Licet namque habitemus in ærumna mundani carceris, optima est spes nostræ consolationis, quia sanguis Christi clavis est paradysi. Si enim invictissimæ divinitatis hamo perforata est Læviathan maxilla serpentis tortuosi, extincta est auctoritate apostoli pro defunctis licentia contristandi.

Victo Læviathan, mors est dormitio facta;
Est sopor in tumulis, cum fit consumptio carnis.

Hoc enim habet progressio humani generis ut revertatur in materiam suæ originis.

Si metit occasus finis quos protulit ortus,
Alterius pulchrum vitæ veniemus ad ortum.

Nam omnimodis deponendæ sunt mortalitatis nostræ querelæ, si in sinu suo testatus est Job repositam esse gloriosam spem resurrectionis suæ.

Visurus rerum factorem, Job recreandus
Sperat pelle sua rursus sua membra tegenda.
Exemplum prestant frumenti mortua grana :
Non est ambiguum de limo surgere fructum.

Qui ergo mortificationem seminum considerat, et fructum mortificationis visu, manu, olfatu, gustu probat, ut quid de vivificatione funerum dubitat?

Sperat inops fidei messem de semine nasci,
Nec credit carnem de morte resurgere posse.

Si multum placent mortalibus quæ sub cœlo sunt, multo magis placere debent que super cœlos sunt. Si enim mundanus carcer pulcher habetur, patria nostra pulcherrima æstimetur.

Credamus patriam sine pestibus esse supernam.
Est vere regnum nostrum sine labe statutum.

Preterea inter successus temporum sub speculo memoriæ contemplanda est gloria nostræ patriæ, ut post voraginem terræ, ad quam cotidiæ compellimur transire, denarium æternæ felicitatis possimus optinere.

Post obitum fluxæ carnis, properamus ad esse,
Sed si vitandis vivis meditemur ab esse.

Interea si vinculo caritatis ligata sunt filiorum Dei corda, fiant a vobis carorum nostrorum obsequia,

quia quam districte misericordia Dei sit quærenda, morientes experiuntur in die novissima.

Intervalla loci fortis dilectio transit.
Non sumus extra vos, quia vos amplectimur ut nos.
Est succurrendum nostris, est subveniendum.

Sed si estis secundum Jacobi apostoli preceptum tardi ad loquendum, oramus ut sitis veloces ad audiendum et ad obsecrandum, postquam intellexeritis nostræ intentionis affectum. Nec enim diffidimus quod vastitatem nostræ lætitiæ possit sedare ubertas orationis vestræ :

Vere dilectis mentis non clauditur auris,
Gregorius retulit, fervens amor ocia nescit.

Sed si motus est princeps apostolorum ad suscitandum Dorcadis exanimæ corpus, visis tunicis et vestibus, viduarum brachiis dependentibus, moveat casus fraternæ dissolutionis viscera vestræ caritatis, conspectis et lectis in menbrana fratrum nostrorum defunctorum nominibus.

Nomina singultum pariunt, suspiria, luctum,
Vitales flatus quia flavit concio fratrum.
Vidimus incolumes quorum sumus ecce sequaces.

Sub recordatione vero caritatis, quæ vacillare nunquam potest, committimus vobis memoriam domni Isembardi, carissimi fratris nostri, a pueritia in monasterio eruditi, ecclesiastica scientia decorati, utilitate et honestate insigniti, honore secundi ordinis ampliati.

Electam multum nutrivit regula cædrum.
Artibus imbutum quis non deflebit alumnum?

Nona dies julii quem sustulit ante kalendas,
Cum sol a tropico vibraret lumina cancro.

Commendamus etiam per munera orationum vestrarum Deo, cui nichil præterit quod transit, animam domni abbatis Arbodi, ut mereatur habere per eum æternæ gloriæ habitaculum, qui in sole posuit tabernaculum suum.

Multorum lacrimis pater est tumulatus obortis;
Qui plus dilexit, plus hunc in funere planxit.
Ordine tertia lux idus precedit aprilis,
Cum pietate patrem rapuit quæ concita dulcem.

Denique, inter recentia lamenta fraternæ piætatis, intimamus vobis obitum fratris nostri Gerardi, in pueritia ad monasterium deportati, regulariter et doctrinaliter nutriti et edocti, in flore juventutis nobis ostensi et subito ablati, ut ope auxilii vestri possit coram Deo beatificari.

Flos cecidit formæ, primo peccante parente,
Sustulit heu nobis quem festinatio finis,
Idus septembris cum cœli volveret axis.

Cum firmitas tandem et stabilitas omnium virtutum sit caritas, minor fiet resolutionis humanæ acerbitas, si ante Deum effusa fuerit humilis postulationis vestræ sublimitas. Ante pedes itaque vestrarum miserationum ponimus nomina nostrorum defunctorum.

XVI

Fragment du rouleau de Gauzbert, abbé de Marmoutier.

1007.

Un manuscrit de Saint-Vincent de Metz contenait une pièce de vers composée à Saint-Martin de Tours pour le rouleau d'un abbé nommé Gauzbert. Dom Martene a conjecturé avec beaucoup de vraisemblance que ce morceau se rapportait à Gauzbert, abbé de Marmoutier, mort en 1007, et il en a copié le texte dans les Preuves de son Histoire manuscrite de Marmoutier[1].

Proxima castra petens, vestrorum funera deflens,
Accessit rotulus, non sine re querulus,
Martini templum meritis et honore colendum,
Quo sua gesta patent et simul ossa jacent;
Præsul Turonis qui priscis deguit annis,
Præsul pontificum, consul et auxilium.
Nam veluti murus qui non timet arietis ictus,
Nec quatitur jaculis quæ volitant machinis :
Haud aliter mundo deguit Martinus in isto,
Virtutum clypeis dans pia claustra suis.
Sed quo penna ruis? an vis deprendere scriptis
Quod nullus potuit nec penitus voluit?
Et si fortassis vellet mandare tabellis
Quidquid Martinus gesserit egregius,
Non tamen optatum procede[re]t usque supremum,
Nec medium fessus exposuisset opus.
Quare propositum citius tibi collige cursum,
Ocius et rotulum respice funereum.
Tomiferum fratres ut conspiciunt venientem,
Qui vestros apices fert nimium lugubres :

1. Ms. latin 12878, f° 58.

Unde domo quærunt, vel qui genus, unde rotellus,
Unde vel errantes proferat unde pedes.
Edocet ille domum, gentem, funus quoque magnum
Cœnobii vestri sive monasterii,
Scilicet abbatem meritis et stemmate clarum
Gausbertum vita jam caruisse sua.
Quæ licet ex longo sit nobis cognita causa,
Nobis tristiciam detulit haud modicam.
Et modo vici[1] fratres sapiatis amici,
Ut sibi præterito, sic erit assiduo.
Inter nostrates oratio, credite, functos,
Et fiet vestris fratribus hoc reliquis,
Quos celeri nobis penna scribente notastis,
Pallida quos mortis hora sibi rapuit.
Vos quoque pro nostris cœlos honerate[2] querelis,
Plangimus extremam quos rapuisse diem.
Sint grates vobis et maxima dona salutis;
Vivatis Christo semper in altithrono.
Heus tu cui gracili consistit barbula mento,
Qui defers gerulus tam lamentabile munus,
Calcibus adjungens alas, discurre per orbem,
Ut sciat omne genus tam lamentabile funus,
Et conjuro tuas retinet quas barbula setas
Ne prius absistas regiones currere totas
Donec carminibus nobis redeas oneratus.

1. Le commencement de ce vers est certainement altéré.
2. *Honorate*, dans le ms.

XVII

Encyclique sur la mort de Bernard, comte de Bésalu.

1020.

Bernard, comte de Bésalu, mourut, noyé dans le Rhône en 1020[1]. Les moines de Riupoll se réunirent à ceux de Cuxa pour annoncer à la chrétienté la mort d'un de leurs principaux bienfaiteurs. Il ne nous reste que l'encyclique du rouleau qui fut alors mis en circulation. Le texte s'en trouve dans un manuscrit du onzième siècle[2]; il a été imprimé par Baluze[3].

Delectissimis patribus et fratribus, matribus et sororibus, utriusque aetatis atque divini ordinis, ubi quos exercet disciplina caelestis, quibus inest affectus merentibus comerendi et miseris comiserandi, grex bipartitus, Dei videlicet genitricis coenobii Rivipollentis sanctique Michaelis archangeli coenobii Confluentis, sub magisterio militans Olibæ, præsulis et abbatis, quod pollet in æternum interminabilibus laudibus gloriæ sanctorum. Si repentinos casus miserabilis vitæ nostræ et doloris quam inde concepimus voluerimus vobis patefacere summam, deficiet ante sensus et lingua, succumbet manus et carta. Intempestiva quippe superveniens mors quod in nobis dulce reppererat abstulit, filiosque desertos reddidit patre, subditos principe, fratres germano, servos domino, alumnos magistro. Discedens autem, tantis doloribus et solitu-

1. *Gesta comitum Barcinon.*, dans Bouquet, X, 322.
2. Bibl. imp., fonds latin, n. 2858, f° 66 v°.
3. *Marca Hispanica*, col. 1024.

dine reliquid amaricatos, ut medios etiam tederet nos vivere, dum rapuit heu animæ dimidium nostræ. Erat nobis, quem perdidimus, princebs et pater patrie, Bernardus comes et marchio bone memorie, desiderabilis facie et nomine. Cujus idcirco summatim virtutum tangimus actus, ut vestra karitas agnoscat quam fuerit ipse dolendus. Fuit siquidem vir vere katolicus, bonitate insignis, nulli suo tempore pietate secundus, acer in armis, corpore pulcher, aspectu decorus, abitudine magnus, eloquens lingua, potentia multus, providus consilio, mirabilis ingenio, dulcis eloquio, abundans rebus, fortitudine sum[m]us, inimicorum victoria clarus. Preterea terribilis malis et tante potentie vir, mitis et subditus bonis, pauperum pater, justicia fortis, judicio justus, misericordia plenus, edificator ecclesiarum, dilector per omnia monachorum, quos ita venerabatur ut patres, sic plurimi pendebat ut dominos, sic ad agenda bona provocabat ut filios. Talis igitur cum esset ac tantus utpote provisor omnium, conjugali vinculo volens nectere filium, premisso jam nato, infandum temptavit equo transire Rodanum, dumque incaute ceptum pertenderet iter, inter ingentis fluminis rotantia vada infelix revolvitur equs, sessorque succumbit. Tunc terque quaterque conatus collum tenere manibus, terque quaterque compressa manus effugit ab illo. Tandem ergo ingentis fluminis impetu victus occubuit, et ad nos, videlicet sanctæ Mariæ monachos, reductus a suis, heu dolendum dictu, mortuus rediit, quos tante speciositatis princebs et pater nimium plorando reliquerat. Set o felix et nimium felix nostra etas, si noster Bernardus nunquam attigisset Rodani nefanda

fluenta. Ergo dum protinus pectoris nostri voluimus vestre pietati nunciare dolores, hoc unum fuit quod non e vestigio fecimus, quoniam ebetatum est cor, evanuit sensus, emarcuerunt digiti, manibus plerumque resumptus elapsus est calamus, timentes quasi tunc moreretur, dum illius mors litteris notaretur. Propterea, delectissimi patres et sanctissime matres, tanto destituti solatio, confugimus ad vos, quia jam amplius non revertetur occulus ejus, ut videat nos. Comendate nempe Domino quem comendamus vobis, et orationis auxilium præferte in adjutorium tam pii defuncti principi[s]. Itaque percipite lacrimas nostras, intendite preces, ut quecumque ejus operi terrene inerere[1] macule, vestre excuciantur caritatis juvamine. Huc etiam accedebat quod non confestim vobis hoc scripsimus, quoniam divina post hæc manus in tantum nos perculit ut intra spacium trium pene mensium ex utraque cenobia[2] novem nostrorum fratrum clauderent diem extremum, ex quibus Willelmus nondum plena, Geraldus adhuc incipiente barbicie in primevo flore juvenilis roboris experti sunt angustias mortis; Segoinus senex; Vitalis conversus, nihil sciens nisi Christum Jesum et Patrem nostrum qui es in caelis; Daniel, presbyter et conversus; Odo et Bernardus, juvenes et conversi, uno die et pene una hora defuncti; Udalgarius toto, ut in fine[3] claruit, corde conversus, qui post octo dies quibus in cella noviciorum perstitit, hominem exivit; et Francus, ex

1. Baluze a imprimé *inhæsere*, leçon qui paraît exigée par le sens de la phrase.
2. Sic.
3. « Fime », dans le ms.

laico monachus. Hos quoque omnes, sicut nos ipsos, vestre pietatis vestigiis inculcamus, ut sanctis vestris precibus adjuti mereantur bonis adjungi. Ecce itaque, dilectissimi patres, dulcissimi fratres, amantissime matres, venerande sorores, servi omnipotentis Domini, et per ipsum et in ipso amici nostri, miseremini, miseremini nostri, quia manus ejus tetigit nos. Dignamini flere cum flentibus, ut mereamini gaudere cum gaudentibus, et postrema munera pietatis inpendite mortuis nostris, ut, percepta venia delictorum, sine fine mereantur gaudere in regione vivorum.

Cursorem preterea nostrum diebus quibus vos adierit reficite lassum, operite nudum, et itineris ei quantulumcumque addite suplementum, notatisque diebus remittite illum in viam pacis, ut Deus pacis et karitatis sit semper cum omnibus vobis.

XVIII

Fragment d'un rouleau anonyme.

Première moitié de l'onzième siècle.

Sur le premier feuillet du ms. 65 de Saint-Victor on lit deux titres funèbres qui y ont été copiés dans le cours du onzième siècle. Le second titre paraît venir d'un monastère placé sous l'invocation de saint Benoît, peut-être de l'abbaye de Fleury-sur-Loire, Les formules de ce titre m'ont paru dénoter la première moitié du onzième siècle.

1. Si nil post obitum prodest commissa fateri,
   Nec tua mutatur fixis sententia verbis,
   Hoc concede michi, nulla quod lege vetatur :

Fratres quinque modo descendens[1] luce reliqui,
His, peto, mittatur qui vivos corrigat ante
In tormenta cadunt quam talia carne soluti.
Nam[2], quamvis duro persistant corde rebelles,
Si[3] tamen obstructa quisquam de morte rediret,
Credent experto poenasque intrare timebunt.
Ille quidem poscens effectum non cupit ullum.
Nos autem, dum vita manet, dum lege vigemus,
Olim defuncti perterret nuntius Adam,
Dum locus est flendi, dum non injusta petuntur,
Nec obduratis pulsatur janua seris (*id est tardis*).

2. Hesit amore pio semper medicamina danti
Grata salutiferis deitatis ab arce coronis,
Cujus amœna ferunt nobis vestigia votum,
Quod sectando pie parere sategimus omnes
Flebilibus vestris precibus celebrata verenter
Ymnorum sub honore patris modulamina divi,
Qui Benedictus habet vita merito quoque nomen.
Denique si cupitis studio cognoscere te[m]pus
Quo vestros apices præpes tulit ille relator
Ignotus, vobis notis depromet aperte,
Quisque pater rectorque loci sed et inde decanus,
Quis vel qui fuerint jam dicta ad festa patroni.
Sit pax vera Dei vobiscum semper in evum.
Dum jam tempus equm fumantia solvere colla
Vellem, sorte pari quidam ruit Ursus anelus,
Annoso langore sacrum petiturus Olimpum,
Supplicium sub carne ferens ne ferret Averni,
Quem vestris precibus calamo committimus amplo,
Hocque referre placet, quoniam sic sic Benedictus
Pandit opima suis æternæ gaudia vitæ,
Ut faciat cunctos redici pietate supernos,

1. La variante « discedens » est marquée dans la marge du ms.
2. « Num », dans le ms.
3. « Sit », dans le ms.

Cœlicolas peragens æterna voce triumphos,
Dicens : « Christe, talenta tibi duplicata reporto. »
Hæc ideo loquimur, quoniam hic temporis ordo
Guarinum rapuit, nulli bonitate secundum.

XIX

Rouleau de Guifred, comte de Cerdagne.

1050-1051.

Guifred, comte de Cerdagne, mourut en 1050, à la fin du mois de juillet, dans l'abbaye de Canigou, dont il était moine depuis plusieurs années[1], Le rouleau qui fut consacré à sa mémoire existait encore au dix-septième siècle. Dom Guillaume de Costa en offrit à Pierre de Marca, archevêque de Toulouse, une copie très-soignée, qui fait aujourd'hui partie des papiers de Baluze[2].

La plupart des titres inscrits sur le rouleau de Guifred doivent appartenir à l'année 1051.

Le 9 mars de cette année le porte-rouleau était à Saint-Genis de Fontaynes et à Saint-André;
Le 16 mars, à Bésalu;
Le 17, à Saint-Laurent;
Le 19, à Serra;
Le 20, à Vic;
Le 27, à Saint-Cucuphat et à Saint-Laurent;
Le 30, à Saint-Michel del Fay;
Le 2 avril, à Urgel;
Le 30, à la Grasse;
Le 4 mai, à Sorèze;
Le 10, à Gaillac;

1. Baluze, *Marca Hispanica*, 447; Vaissete, *Hist. de Languedoc*, II, 172. — C'est à tort que les auteurs de l'*Art de vérifier les dates* (II, 333) placent la mort de Guifred à l'année 1025.

2. Collection Baluze, vol. 108, f°s 308 à 332.

Le 30, à Saint-Amant de Boisse;
Le 3 juin, à Quinçay en Poitou;
Le 13 août, à Maestricht;
Le 18 novembre, à Psalmodi;
Le 29, à Saint-Pons de Tomières;
Le 29 décembre, à Saint-Laurent de Cerdagne.

Baluze[1] a publié l'encyclique et un des titres funèbres du rouleau de Guifred.

Omnibus Patris excelsi et sancte matris catholice ecclesie filiis, ad quorum presentiam hujus nostri voluminis venerit gerulus, almi Martini presulis grex monachorum humilis magni Montis Kanigonis degens in cœnobio, presentis vite prospera atque perhennia pascua.

Quamvis humanæ conditionis, priorum culpa parentum, amarissimum, cunctis collatum, defleamus exilium, et addictum condolentes mortale exitium, hujus seculi labilis patiamur periculum, et licet diversis terre disjungamur spaciis, verum quia credimus vobiscum nos esse membra summi capitis, juncti karitatis gratia, quæ est in cordibus fidelium diffusa per Spiritus sancti dona, vestris poscimus adjuvari intercessionibus, quo possimus evadere pericula tempestivi naufragii et ad portum salutis pervenire. Quod etiam, dilectissimi in Christo patres, non minus poscimus, nostras preces auribus cordis et corporis percipite benignis, et apud clementiam Domini pro domno Guifredo, venerabilis memorie, comite, intercessores estote, qui olim princeps nostræ patriæ claruit, quem non ignoramus vos nosse quantus vel qualis in dignitate seculi fuerit, quod noverunt Ytalia, Gallia et

1. *Marca Hispanica*, 1094.

Yspania. Hic dum teneret regimen honoris, et pro velle possideret mundi divitias, inspirante omnium bonorum auctore, cogitans quid retribuisset pro omnibus que tribuit ei, auctor extitit nostri in quo habitamus loci, et pro reconpensanda mercede in cœlis a Deo summo, hedificans in quo placuit sibi habitare in eo, terrenis possessionibus ditatum, hordini monastico fecit aptum. Ex hinc, ut quod desiderabat proficere posset, secundum preceptum Domini, relinquens temporales honores, uxorem et filios, inter nos conversatus, pauper Christi nobiscum esse voluit. Qui dum inter nos tenuisset activam vitam, quam bonus nobis extitit nec verbis designare nec litteris vobis valuimus scribere. Erat enim nostri defensor ex adversis, adjutor secundum posse in bonis, prioribus ut baculus senectutis, junioribus ut pater filiis. Sed quia nemo in conspectu Dei nisi ipso agente justificabitur a delictis homo, maxime cum fuerit ditatus potentia reipublicæ, sic ille, et quia sub habitu religionis in multis offendimus omnes, antiqui hostis temptati insidiis, nec quisquam nostrum vivere potest sine culpis, item iterumque quo valemus adnisu rogamus benignum Dominum et justum judicem pro jam dicto nobisque karissimo, recolendo, venerando Guifredo in sanctis sanctorum vos supplicare, ut quidquid deliquit illius deleatur sacrificio agni qui venit tollere peccata mundi.

Hujus sacrato conduntur membra sepulchro,
Quod pius ipse sibi pulchro construxerat actu.
Julius exactam dum mensis clauderet oram,
Excessit seculo. Quem poscite vivere Christo.

Subscribimus etiam nomina defunctorum patrum

et fratrum qui jam nos precesserunt cum signo katholice fidei, ut, dignis vestris precibus a peccati delictis mundati, mereantur adscribi in libro vitæ cœlestis. Amen. Domnus Selva abbas, Gautfredus prior, Martinus monachus, Seniofredus monachus, Renardus abba, Guillelmus abba, Atfredus monachus, prior et sacerdos; Galindus monachus, Languardus monachus, Barnardus monachus, Isarnus monachus, Signulius monachus, Bonifilius monachus, Wilelmus, Goltredus, Wifredus, monachi; Isimbertus monachus, Seniofredus, Arnallus, Andrallus, monachi, et aliorum quorum nomina ille scit qui ea condidit. Inculcamus quoque super omnia vestræ karitatis presidio nomen domni Olivæ, dulcissimi patris, ut vestris precibus almis claritatem obtineat æternæ quietis.

Interea flagitamus obnixe latori hujus scedule karitatem premonstrari sedule, ut illum et a labore reficiatis, et ventris inediam fartiatis, et supplementum viatici clementer addatis, remittentes eum in viam pacis, ut Deus pacis et karitatis maneat cum omnibus vobis.

Bernardus, Bera, Lupsancius, Ermetrite, cum omnibus parentibus suis, tam vivis quam et defunctis. Olivarius, cum omnibus parentibus suis, tam vivis quam et defunctis.

1. Domno Mironi, abbati, nimium laudabili, nobilitatis et habitus decore venerabili, cunctoque sub eo cetui venerandi presulis Martini cenobio degenti, grex universus Dei genitricis coenobii Rivipollentis, æternam beatitudinem gloriæ permanentis. Quod vestræ karitatis litteris nobis intimare curatis, diu est quod noveramus, jamque domni Guifredi animam

Domino pro posse commendaveramus. Perlectis autem, id ipsum nobis reiterare non piguit, ejusque animam et suprascriptorum fratrum Domino commendare collibuit, ut ipse eas eternaliter habeat, cui nullus terminus extat. Aliquorum denique nostrorum fratrum subnectimus nomina, quibus orando subveniant vestræ karitatis juvamina, ut a malis omnibus eximi bonisque perhennibus mereantur annecti.

Petrus diachonus, nuper a nobis exemptus; Petrus magister scolarum, Radulphus presbiter, Oliba. Aliorum autem cognoscit nomina Deus, qui novit omnia. Arnallus, monachus vel sacer, cum omnibus parentibus suis, tam vivis quam et defunctis; Maiolus monachus, cum omnibus suis, tam vivis quam et defunctis; Bernardus, prior et monachus; Johannes, monachus, cum omnibus parentibus suis, tam vivis quam et defunctis.

2. Domno Mironi, nutu Dei abbati, cum universa congregatione beati Martini Kanigonensis cenobii, humillimus grex monachorum sancti Petri Campi Rotundi, una cum patre nostro domno Guifredo, gratia Dei Karchassonensis episcopo, gaudium et letitiam in Domino. Nos quidem, dilectissimi fratres, quod vos nunc profertis in nostris auribus, diu est quod noveramus; sed quia nunc iterum repetistis, satis adquievimus petitioni vestræ, et nobis reiterare non piguit quod olim expleveramus; sed quia omnes ex uno patre geniti sumus, et ex una carne procreati sumus, et omnes pro uno homine subjecti sumus in peccato, necesse est ut, quod pro vestris postulatis, pro nostris deprecetis judicem aeternum Deum, ut ille dignetur eis apperire januas vitæ aeternæ in con-

sortio sanctorum, ubi lux vera est et gaudium sine fine permanentem in secula seculorum. Amen.

Nomina autem defunctorum nostrorum hec sunt : Guifredus monachus, Falcutius monachus, Languardus, Onofredus monachus, Bernardus monachus, Argemirus monachus, Adalbertus monachus, Bernardus monachus, Segarius monachus, Durandus monachus, Bonifilius monachus, Baronus monachus. Sunt aetiam et alii plurimi quorum Deus scit nomina, qui creavit omnia.

3. Ortodoxo patri domno Mironi, rectori cenobio almi sacerdotis Martini, pariter cum cetu vobis comisso, concio gregalis dominice matris cenobio Arulensis, gaudium infinibile. Id quod vestra, fratres, recens repetit pagina, nuper mente egimus devota, cum ad nostram depositio fratris pervenit noticiam, illius illi commendantes animam qui pro illo nobisque posuit suam. Sed quod tum libuit ajere, nunc minime pigritamus eadem repetere. Denique quod pro vestris petitis, id ajere curate pro nostris. Abbas Gaucbertus, Barnardus monachus, Wifredus monachus, Olive monachus, qui prima hujus quadragesime dominica migravit ab hac vita, obitumque Gaudfredi, monachi, qui spiritum emisit supernis kalendas ter quinas novembris.

Jamque valete, patres, obtamus, vos bene semper.

4. Domnus hac humillimus abba Ramdulfus, et cunctus Christicolarum cetus almifice Marie virginitatis opibus Crasse, patri reverentissimo Mironi, omnique adelforum gregi in cenobio degenti almifici Martini

presulis, juxta radices Nivei Montis, optant dari premium salutis ab illo qui dicitur salutaris.

Igitur cum fulgida Titanis spera occidentalia pervenisset ad climata, die aprilis ultima[1], vester gerulus prolixa ad nos venit cum cedula, nuncians Guifredi multorumque patrum funera. Nos vero mox ut vestrorum funera audivimus patrum, trinum ac unum exoravimus Deum, ut eis nunc singulas largiatur stolas, quatinus die imminente suprema, abentes binas, ut prophetica narrant eloquia, in terra sua possideant duplicia, agno imnidica promentes carmina, infinita per secla. Multivoca nostrorum patrum sive fratrum secuntur onomata, qui jam carnea migraverunt ex teca, pro quibus prece Deum exorate humillima, ut a morte liberentur secunda : Nimfridius, abbas et archiepiscopus ; Suniarus abba, Donatus abba, Sancius abba, Barnardus abba, Amelius monachus, Arnallus monachus, Benedictus monachus, Helbertus laicus, Gotbertus, Amalberga, Wido, Urso, Gamalfredus, Tevrada.

Christe Deus, monacho da premia sancta Wifredo,
Noxia qui furni tensit jam celera cosmi,
Ut valeat celsos fulgens concendere celos.
Christus in eterno det functis premia regno,
Virgineis turmis sociati semper in astris.

5. Jam Titane vergente ad ipogea, pervenit gerulus hujus vestri gramatophoris infra sancti Joannis Babtiste septa, nuncians nobis domni Guifredi abbatis funebria. Statim ut cedula indiculi perspeximus condolencia, heu ! heu ! mox satagimus agere cum cede

1. 30 avril 1051.

lucubraciuncula. Repente die crastina, luce exigente matutina, Domino gratanti animo peregimus missarum solemnia, ut eum Averni dipsas non rapiat infra penas, sed tantum suo nutu mereatur conjungi superas infra katervas, et in ipsas mansiones mereatur adesse, quem fidelibus suis promisit adesse venturas. Ideoque et vos, karissimi Deo et Domino, dilecti clientuli sancti Martini Kanigonensis commorantes cenobii, petimus ut quod pro vestris flagitatis, qui umipheris sunt depositi ex carnis, pro nostris videlicet ex ac luce subtractis, segniter et datencius implere neclegatis[1]. Ipse vero opifex corde suo prelibata tenet onomata, qui ex hoc, cum nihil fuerant acta, suo arbitrio sancxit et patravit opera.

6. Quarto nonas madii, luna XXI, feria prima advesperescente[2], adiit pellifer vester ad limina æcclesiæ sance Dei genitricis Mariæ Soricinensis cenobii, nuncians obitum fratris nostri Wifredi, pro cujus absolucione peccaminum sciatis nos implorandos esse Domini misericordiam. Vos itaque rogate Dominum pro nostris defunctis, quorum hec sunt nomina : Barnardus abbas, Dorbertus abbas, Romaldus, Aurucius abbas, Ramnulfus Seniorellus nomine abbas, Ato monachus, Miro monachus, Airoardus monachus, Barnardus, levita et monachus; Benedictus monachus, et Barnardus monachus, arte gramatica eruditus; Johanne monacho, necnon et pro ceteris fidelibus, quorum Deus nomina scit. Valete.

7. Kanigoni cœnobii monachis, Resbacenses, cier-

1. Il faut sans doute lire : « Non segniter, sed attentius implere non negligatis. »

2. 4 mai 1051.

nuli munia salutis. Vestra contio doloris magnitudine anxia meret super obitum Gaufredi, comitis quondam, vestri postmodum monachi. Sed revera, fratres, hec ab ineuntis seculi primordiis cepere, ex quo ille noster primus parens, divina mandata preteriens, mortis nexibus se ipse addixit; sed licet hac pena plectamur causa ipsius delicti, tamen hæc est spes nostra, ut si Christo commortui fuerimus, simul etiam cum eo vivamus : vita enim nostra Christus est. Petimus igitur ut quod vos petistis agi pro vestris, vos idem quoque pro nostris faciatis, quorum nomina sunt hec : Solio abbas, Girberti prepositi, Rainardus abbas, Ingenlboldus abbas, Anselmus abbas, Hugo monachus, Godini monachi, Gondacri abbatis[1], Dodonis monachi, Gausberti monachi, Iterius monachus, Landricus monachus, et ceterorum quorum numerum et nomina solius Dei novit presentia.

8. VII idus martii[2]. Venit nuncius sancti Martini monasterii Kanigonensi ad cenobium almi Genesii que vocant Fontanas, nuncians nobis defunctorum nomina fratrum. Nos vero, ut audivimus, preces pro ipsis ad Dominum fundere decrevimus; precamur itaque vobis, fratres karissimi, ut, [quod] pro vestris petitis agere non dedignemini orare itaque pro nostris. Tedmirus abba, Sentimirus abba, Sancius abba, Bedelfus abba, Adaulfus abba, Trasodrius abba, Tedmarus abba, Wimara abba bone memorie, Managuisi abba, Willelmus abba, Adalbertus monachus, sive aliorum fratrum nomina quorum Deo sunt cognita atque nota.

1. La lecture du mot « abbatis » est douteuse.
2. 9 mars 1051.

9. VII idus martii[1]. Celebrantibus nobis missarum sollemnia, gradiens callem itineris in cenobio almi agoniste Andree, apostoli, intimans nobis obitum venerande memorie domni Wifredi monachi. Nos vero, ut audivimus, preces assiduas in conspectu Dei fundere decrevimus pro ejus anima, sive pro animabus omnium fidelium defunctorum. Precamur ergo melliflu.m karitatem vestram ut quod pro vestris jubetis, pro nostris quoque non dedignemini exorare Christum Dominum Jhesum. Primus namque ejusdem cenobii domni Mironis abbatis, et domnus Warnerius abba, Rodlandus abba, Laurentius abba, Gaucbertus abba, Giscafredus abba, Gusterius decanus, Durandus prior, Suniarius decanus, Bernardus prior, Seniofredus prior, alius Bernardus, Eldrichus monachus, Poncius monachus, Isarnus monachus, Ademarus monachus, Oliba monachus, Johannes monachus, Tedmarus monachus, domnus Benedictus monachus, et alios multos qui de hoc seculo migrati sunt. Petimus vos, fratres dilectissimi, ut una dilectio sit in terris, ut etiam una pars et societas mereamur victrices esse in celis. Qui regit astra det vobis regna polorum, et sine fine Deo vivatis in eternum. Valeat almitas vestra per secula cuncta. Amen.

10. Nosse cupimus fraternitatem vestram advenisse gerulus vester ad limina sancti Cyricii incliti martiris cenobii, quo in loco non tantum preesse quantum eciam prodesse dinoscitur Wannalgaudus abba. Nos denique libenter peticionibus vestris obsequentes, pro nobilissimo fratre vestro, quorum abso-

1. 9 mars 1051.

lutionem Dominum studuimus exorare suplici devocione, qui omnium est misericordissimus hac miserator hominum, et neminem vult perire et ad agnitionem veritatis venire. Petimus denique et nos pietatem vestram quatinus quod pro vestris non destitistis fratribus exorare, pro nostris ne pigeatis peragere; pro his namque : Libencius abba, Manuel abba, Oddo abba, Amblardus abba, Dalmachius abba, Oliva monachus, Manuel monachus, Soniarius monachus, Vives monachus, Ellemarus monachus, Petrus monachus, Oliva monachus, Bonus homo monachus, Ermimirus monachus, Oddo monachus, Witida monachus, Chastelanus monachus, et aliorum honomata fratrum quorum nomina ille rimatur qui est cuncta patrator. Valeatis in Christo omnes qui estis sub jugo Christi constituti.

11. Congregatio matris virginis dive Marie cenobio Rosas, dilectissimis fratribus in cenobio sancti Martini degentibus, inexaustum in Domino necne perhenne valere. Secundum posse petita peregimus, et aut secus hac fecimus peragenda petimus. Nomina nostrorum ideo non scripsimus, quia in conscientia rerum Domini consistere scimus.

12. Seducti a diabolo, insigni adversario, primo parente devicto egectoque de paradiso, devenimus in miseram in qua nunc versamur patriam. Hec cernens Dei filius summique Patris unicus, perire videns hominem, quem crearat ad gloriam, erui ab infernalibus pœnis voluit benignus, assumensque infima nostræ carnis humillima, ut elevaret ad alta qui ceciderat ad ima, cœpitque predicere : « Poenitentiam agite. » Itaque dedit preceptum, quod est salutiferum, ut di-

ligat proximum homo sicut semetipsum. Quod nos corde retinentes, adimplere cupientes, congregacio cuncta sancti Petri coenobio Rodensis, in quo loco domnus abba Petrus preesse videtur, sub tramite divi patris Benedicti, cui beneficia[1], sicut Lucifer inter astra, fulget ejus dulcimoda vitæ. Interea portitor hujus thomi devenit ad nos, et cum dulcedine karitatis excepimus illum. Haec autem auctoritas, gratias Deo, ab omnibus nobis alacriter est recepta, et fideli mente erit tenenda; et nos una dijudicamus esse ut unusquisque satagat alterius honera ferre, illisque suffragia orationum impendere, cujus animæ sunt abstracte ab hujus erumnosæ vitæ, et ideo omni nisu debemus perficere, quod cum actum fuerit, nobis novimus prodesse, videlicet pro aliis orare, et, sicut testantur divinæ paginæ, pro nos metipsos laborare, ut cum illos mereamur gaudere in cœlesti sede, qui semper habet esse, ideoque humoteni tensi utraque humillima impetramus suplicatione ut quod pro vestris deposcitis agere, pro nostris studeatis facere, in primis pro karis nostris qui honere carnis depositi migraverunt ab hujus exilii terminis, sunt prenotati fratres : Deusde monachus, et Benedictus, et Amalricus. Intermittimus aetiam quartum monachum, Bernardo vocatum. Nomina vero aliorum fratrum nostrorum qui supersunt cœlestis pagina novit; quæ vero vestræ miserationis et dulcedine pietatis continuum precamur ut sentiant vestræ petitionis auxilium.

Carmina devota vobis devote salutant.
Vos salvet facinus mundi qui sustulit agnus.

[1] Il faut peut-être corriger ce passage et lire : « cujus beneficio. »

13. Universus grex protomartiris Christi Stephani cenobii Balneolensis, domno Mironi abbati et cuncto sub eo cetui venerandi presulis Martini cenobio degenti, æternam beatitudinem glorie permanentis. Diu est quod noveramus quod vestre charitatis litteris nobis intimare curastis, et jam comendaveramus animam domni Guifredi, pro posse, Domino; perlectis autem id ipsum non piguit reiterare nobis, et ejus animam et fratrum suprascriptorum collibuit comendare Domino, ut ipse habeat eas eternaliter cui non extat ullus terminus. Denique subnectimus nomina aliquorum fratrum nostrorum, quibus orando subveniant juvamina vestre karitatis, ut mereantur eximi a malis omnibus et annecti perennibus bonis : Oliva, presbiter et monachus, nuper exemptus a nobis, Petrus scolarum magister, Bonifilius monachus. Deus autem qui omnia novit cognoscit nomina aliorum.

14. VI idus madii, luna XXVI[1], venit gerulus ad limina beati Michaelis archangeli Galliacensis et sanctorum martirum Arconcium et Sacerdote, quod est super fluvium Tarnis, nuncians hobitum fratris nostri Guidfredi. Pro cujus absolutione peccaminum sciatis nos implorandos esse Domini misericordiam.

15 Cenobium quoddam persistit jure statutum[2],
Antiquis patribus vocitatum Nobiliaconse,
Ad quod se gerulus vester veniens patefecit
Ostentans [s]cedam conscriptam funere fratrum,
Proque is sacra precum[3] libamina significantem,

1. 10 mai 1051.

2. Le scribe qui a copié cette pièce de vers n'en comprenait pas le sens. Aussi a-t-il commis beaucoup de fautes, qu'on peut en partie corriger à l'aide de la pièce publiée plus bas, sous le n° 70.

3. « Precium, » dans le ms.

Rector commoribus prestat cui commodus almus
Regula quod dat habens vocitamen domnus *Basilius*
Hinc Geraldus decanus conjungitur eique; [et abba.
Quos reliquit fratres, illic stacione morantes,
Obsequiis refovent, auditibus atque verentur,
Glorificant, retinendo patris normam Benedicti,
Qui votis [vos]met certis de more salutant.

Deus omnipotens vos semper faciat in evum terrea despicere, celestia appetere. Vos itaque rogate Dominum pro nostris defunctis, quorum ec sunt nomina : Beringerius abba, Teudgario decano, Goeraldo decano, Bernardo, monacho sagrestano; Guaramberto monacho, Dagberto monacho, Ebrardo monacho, Josue monacho, Garifredo monacho, Folcario monacho, Arnaldo monacho, Guadaldo monacho, necnon et pro ceteris fidelibus quorum Deus nomina scit. Valete in Christo. Amen.

16. Cum Titan vergente occasum adiit portitor hujusce thomi lassabundus ad aula ubi caput Antonini martiris cum parte corporis requiescit, in valle quæ vocitatur Nobilense, ubi congregacio clericorum preesse videtur, nunciat nobis fratris nostri Gifredi[1]. Nos vero aures summi opificis implorare non piguimus, quatinus nostris oracionibus adjutus omnipotentis Dei valeat adipisci[2]. Vestram autem paternitatem precamur ut nostris nuper olimque de hac luce vocatis talia rependere ne pigeatis, videlicet pro Gualterio clavigero, pro Raimundo clavigero, pro Austrino clavigero, pro Teudgario clavigero, pro Geraldo sacerdote, pro Nectario sacerdote, pro Johanne sacerdote,

1. Suppl. « obitum. »
2. Suppl. « misericordiam. »

pro Bladino sacerdote, pro Fulchelino monacho, pro Bernardo sacerdote, pro Rigualdo preposito, et pro aliorum quorum nomina summi opificis cognita manent. Valete in Christo.

17 III kalendas junii[1].
Ca. . . . . Petri,
Apostolorum principis,
Amancii successoris,
Precamurque famulis
Quod vocentur servulis
Vocatique presidis
Festinentur monachis.
Feria V. Precibus
Consors Christi doloribus
Intercedite pro omnibus,
Veniente seculo.
Convocent Amancio.
Explicit prefacio.

Intercedite pro congregacione. Orate a Domino, ut fiat eis remissio, quorum nomina sunt scripta ; veniam petant in gloria. Amen. Franco abbas, Rotbertus monachus, Arnaldus monachus, Aimarus monachus, Airoardus monachus, Petrus monachus, Arnaldus monachus, Isibardus monachus, Fortis monachus.

18 Collegium penitus reverendo ville[2] Nantoliensis,
Cuncta Creatori propria virtute regenti
Celesti cedulum gliscunt qui cedere votum
Concio Benedicti Nantoliensis, virtutum flore potiti
Emerita testis vernancia gaumate pleni,

1. 30 mai 1051.

2. Le mot « ville » ne doit sans doute pas être compté pour la mesure, de même que le mot « Benedicti » qui se trouve au quatrième vers.

Quidquid inesse valet mundo plene Deitatis,
Patres almiflui, cupimus vobis fore notum
Scedaforum vestri nostros fine[s] penetrare,
Enucleando quidem funus sat justiciale;
Vestrorum obpanso nobis fratrum quoque thomo,
At ubi comperimus, flentes lacrimis rogitamus,
Poplitibus flexis, poscentes cunctipotentem
Quo veniam vestris jam conferat ipse defunctis.

Quod egimus vestris, idem petimus ut faciatis pro nostris.

Nomina nam quorum titulantur in ordine fratrum :

Domnus abba Petrus, domnus Aimericus abbas Costantinus abbas, Teoderius abbas, domnus Vivianus monachus et sacerdos, Geraldus levita et monachus, Aimericus monachus, Bernardus monachus, Bernardus sacerdos, Bernardus monachus, Odolricus monachus, Gaufredus monachus, Audoinus monachus, Glaicus monachus, Geraldus monachus, G. laicus (?), Willelmus laicus, et alii quorum honomata illi sunt nota qui pugillo tenet cuncta.

19. Fratribus et dominis sancti Martini presulis cœnobio Kanigonensis, summo salutem studio, sancti Salvatoris Karrofensis contio, ut vestri vivant Domino fratres defuncti seculo. Solvendo preces debitas Christo ducamus animas. Summissis ergo vultibus nostris vicem expetimus ; sit defunctis oratio et vivis consolatio. Nostrorum nomina defunctorum : Rainaldus abba, Fulcherius abba, Bonbaldus abba, Petrus abba, Ebulus abba, Odolricus decanus, Ugo diaconus, Arnulfus diaconus, Ramnulfus diaconus, Letardus monachus sacerdos, Gaufredus monachus, Costantinus mona-

chus, Gauterius monachus, Aimericus monachus. Horum et omnium eorum quorum ad presens non reminiscimur nomina poscimus ut vestris precibus ad eterna gaudia pervenire mereantur. Amen.

Felicesque pie capiatis gaudia vitæ,
Qua cum patre [suo] regnat per secula Christus.

20. III nonas junii[1], venit gerulus hujus sportule ad limina almi confessoris Christi Benedicti Quinciacensi[s], nuncians nobis fratrum vestrorum vite hujus excessum. Quod nos libenter excipientes, pro eorum animabus Dominum exorare studuimus, ut in illa regione viventium mereantur cum sanctis abere consorcium, petimusque ut quod pro vestris deposcitis, pro nostris id agere studeatis defunctis. Valeat vestra salus feliciter. Amen. Petrus monachus, Frotgerius monachus, Jammo monachus, Petrus monachus, Adalbertus abba, Aymericus abba, Elias monachus, Aymericus monachus, Constantinus monachus, Fulco monachus, Ricardus monachus, Girardus.

21. Domno abbati Mironi, collegium fratrum peregrinorum de sancto Johanne Babtista ad Termas Aquiensis palatii, divina solamina. Vobis compatiendo devote et non ficte stavimus, ut reminiscamur Wefredi, ortodoxi comitis et monachi, cujus luctus auditus est per multa climata cosmi; obsecrantes et nos vicarie ud in memoriam habeatis nostros, quos futurum seculum suscepit corpore exutos, id est, Carus abbas, Benedictus abbas, Elias presbiter, Teuderius presbiter, Gurgenus diaconus, Mabon conversus.

1. 3 juin 1051.

22. XVIII [kalendas] aprelis[1]. Celebrantibus, hora sexta, adiit portitor vester limina apostoli principis Petri Bissullunensis cenobii, ubi requiescet gloriosissimus martyr Primus, atque Concordius, Arelatensis archiepiscopus, necnon et beatissimus confessor Christi Marinus, et alia nonnulla corpora sanctorum, ubi et domnus abbas Adalbertus videtur preesse, cuncti vero fratres sub regula patris degunt Benedicti. In hoc ergo locum adveniens ductor scedule, adnuncians nobis funus lamentabile. Nos autem, ut audivimus famam vestre calamitatis, astricti nodo fraterne karitatis, reddimus vice mutue dilectionis, deprecationibus piis et orationibus sanctis; itaque precamur eadem rependere nostris quod cupitis fieri vestris, ut impleatur in nobis quod scriptum novimus dicente apostolo : « Orate pro invicem ut salvemini. » Nunc etiam, fratres karissimi, in quibuscumque manibus hoc scriptum devenerit, humili prece deposcimus ut misereamini nostrorum fratrum, quorum nomina hic decrevimus assignare, scilicet : Wifredus abba, et alium Wifredum abbatem; fratrum vero : Petrus monachus, magister scolarum; Ellemarus monachus, Vitalis monachus. Sunt etiam et alii plurimi quorum Deus scit nomina, qui creavit omnia. Bene reverentissimi atque amantissimi domini, valete, et nostri veluti devotissimorum servulorum in orationibus vestris semper memores estote.

23. XVI kalendas aprelii[2], adiit valvas cenobii gloriosissimi martiris Laurentii, in quo domnus preesse videtur abba Tassius, portitor hujus rotuli, defferens

1. 16 mars 1051.
2. 17 mars 1051.

nobis funus lamentabile domni Guifredi, quod jam noveramus, et cujus animam pro posse Deo commendaveramus. Perlectis autem litteris vestre karitatis, id ipsum nobis reiterare non piguit, ejusque et fratrum suprascriptorum animas Domino commendare collibuit. Quod pro vestris petitis non pigeat agere pro nostris, scilicet pro domno Sonigildo abbati, et Reicimiro abbati, et pro aliorum patrum vel fratrum animas, quorum onomina illi sunt nota qui condidit omnia.

24. Cum Phœbus hora jam petebat suprema, martis diei, vester nugigerulus, XIII° chalendarum aprelii[1], adiit ad clavigeris summi limina kastri Serræ cenobii, sub quo domnus abba Bonifilius preesse videtur. Mox ut lacrimosa vidimus vestri patronis ceterorumque fratrum scedula, preces fundendo ad Deum cum nostris inseruimus nomina, ut sint collocati in vivorum regione beata. Obnixe precamur quod oramus pro vestris ne pigeatis intercedere pro nostris. Annectimus abbatem Eicfredum, necne Amelium, atque Ysarnum. Adjungimus etiam ceterorum fratrum nomina, Salomonem, Olivam, Suniarium, Bonum Hominem, Amatum, Sancium, vel aliorum quorum inter capedinem spacii non sunt inserta ; set Deus omnium memor scit nomina, qui est benedictus in secula. Interponimus quoque cunctum gregem adhuc manentem, memorare precamur, ut in invicem ideo pro vobis precemur.

25. Eximio patri Montis Clangentis Agonem
Almi Martini plebi sanctaeque Mironi
Clerus Vicensis salutamina cuncta beato.

1. 19 mars 1051.

Thomiferum vestrum numeratis sole kalendis
Vidimus aprilis tribus denisque diebus[1],
Et legimus teretem Guifredi funera fantem.
Credimus aula celesti plantatum jure Guifredum;
Floreat ut Libani cedrus, ut multiplicetur.
Erea contracto resonarunt fune metalla;
Stolis induti missas cantavimus illi,
Quidquid agenda ferunt morti, jam fecimus omnes.
Quod petitis petimus sic facere denique nos vos,
Pro nostris quorum relegentes nomina seclo
Migrarunt, animas Christus capiatque benignus.

Riculphus archidiaconus, Bonefilius sacrorum custos, Boetius, frater ejus; Guilelmus Guadamiri, Sendredus Ramii, Oliba adolescens paraphonista, item alius Oliba, Guifredus judex, Geraldus censor, Guitardus presbiter, Guifredus Olivæ, Galindus sacrorum custos; Suniarius Randulphi, Petrus sacerdos, nuper defunctus. Istorum et aliorum multorum, nomina quorum, si nobis sunt incerta, Deo tamen, qui condidit omnia, sunt manifesta.

26. Frater Udalardus, monasterii sancti Mikahelis, archangelorum principis, quod vocatur ad Fallium, prepositus, necnon cæteri fratres una secum manentes, domno Mironi, abbati venerabili et ejus fratrum cœtui sanctissimi Martini Canagonis, transeuntia prospera ac perpetim manentia in Jhesu Christo prœmia. Tercio kalendarum aprilium[2], cum Fœbus late fusis habenis suorum radiorum poli teneret medium, vestri contigit famulum venisse atque gerulum manu ferentem tomulum, nuncium mestitudinum vestrorum

1. 20 mars 1051.
2. 30 mars 1051.

nempe cordium decessu patris plurimum. Que mox lecta comperimus, sacram hedem intravimus, Christo preces effudimus, et precandum decrevimus Mikahelis ut precibus dimittat cuncta crimina Wifreto ac peccamina, concedatque polorum se conscendere thronum. Quod animabus fratrum nostrorum impendendum atque fore prebendum a vobis exoramus, deprecantes enixius, coram flexis poplitibus. Quorundam ergo patrum nostrorum atque fratrum nomina describentes itidem vos deposcimus rogare Deum sepius.

Idus decembris, obiit domnus abba Wifretus, pater monasterii sanctissimi Victoris et ejus sociorum eo requiescentium. VIII kalendas octobris, obiit domnus Isarnus, ejusdem monasterii pater egregius. III idus junii, obiit Archimbertus monachus. XVI kalendas madii, obiit Guarnerius monachus. XI kalendas augusti, obiit Rostagnus monachus. VIII idus marcii, obiit Wilelmus monachus. Cunctorum ergo nostrorum vivorum ac defunctorum mementote, ut decet. Quod rogamus, si placet.

27. Ad casum tendit quidquid natura creavit.
Ut cum pro lacrimis nullus redivivere possit,
Non est laudandum cujusquam plangere casum.
Idcirco petimus, fratres, deponite luctus,
Et precibus crebris succurrere discite funtis.
Quod vobis facimus a vobis suscipiamus.

Hunbertus, Albricus, Rodulfus, item Rodulfus, Hamo, Odo, et omnes alii fideles defunti.

28. Honorando nempe et per cuncta laudando domno Mironi, abbati egregio, cetui quoque devoto almi confessoris Christi Martini vobis subdito, humil-

limus monachorum grex beati Cucuphatis, gloriosi martiris, cui preesse videtur domnus Andreas inclitus abba, omnique cum devotione recolendus et veneratione dignissimus, debitæ karitatis famulamina et eterni Dei obtata juvamina. Obitum domni Guifredi, karissimi fratris vestrique, ut ipsi recte fatemini, benignissimi provisoris, olim, cum ipse decessit, audivimus, ac supplices, ut decuit, pro eo Domino preces effundimus, officiumque humanitatis devotissime ei pro posse inpendimus. Quarta denique die ante sollempne Pascæ festum[1] vestram vidimus paginam eadem nobis denuntiantem, moxque cum omni diligentia id quod actenus fecimus, pro eo et pro ceteris quos denuntiastis iterare curavimus, semperque eorum memoriam mente retinebimus. Oramus namque vestram benignam fraternitatem ut quod de illis injungitis, hoc idem de nostris faciatis. Domni abbatis Guitardi pre omnibus vobis memoriam inculcamus, qui, dum vixit, benignus pater nobis fuit, misericordie ac mansuetudinis omniumque bonorum actibus deditus fuit, et in bona vita usque ad ultimum, Deo juvante, perseveravit; transiit autem ex hoc mundo nonis septembris; per quem ut oretis ennixe rogamus. Reimundus denique, Riculfi nepos ejusdem, qui in juvenili etate decessit bonis moribus monachus; Widisclus atque Sclua, monachi religiose vite continentes; Guifredus Bonucii, monachus; Oliba monachus. Multorum autem ideo non misimus nomina, quia illum credimus scire omnia cui nulla latent occulta. Valeat almitas vestra in Christo et vigeat tempore longo.

1. 27 mars 1051.

29. Honorando patri domno Mironi abbati, cum cuncta congregatione sancti Martini cenobii Kanigonensis, universus grex sancti Laurenti cenobii qui est situs in cacumine montis supra Terracia, cum patre nostro domno Audegario abba, gaudium et leticiam in Domino. Quarta denique die ante sollempne Pasce festum[1] vestram vidimus paginam, domni Wifredi et aliorum fratrum nunciantem exequias. Perlectis autem litteris vestre caritatis, id ipsum nobis reiterare non piguit, ejusque et fratrum supra scriptorum animas Domino commendare collibuit. Oramus namque vestram benignissimam fraternitatem ut quod pro vestris petitis, pro nostris eadem facere non pigeatis, scilicet, pro domno Borrello abba, Willelmtudisclo (?) clerico, sive Raimundo monacho, Ermumiro monacho, Ballomano monacho, Ato monacho, Jozfredus monachus, Johannes monachus, Suniegellus monachus. Aliorum vero nomina ille scit qui cuncta condidit.

30. IIII nonas aprelii[2], sic pervenit portator hujus rotuli, nuncians nobis funus domni Wifredi, gloriosi principis et monachi, in cenobio Orgellitanensis presulis beatissimi Saturnini, in quo domnus preesse videtur abba Wilelmus. Nos autem, ut audivimus famam vestre calamitatis, afracti fraterne nodo karitatis, vice mutue reddimus dilectionis et orationibus piis et deprecationibus sanctis, ideoque precamur eadem rependere nostris quod cupitis fieri vestris, ut nobis impleatur illud quod scriptum novimus, dicente apostolo : « Orate pro invicem ut salvemini. » Nunc

1. 27 mars 1051.
2. 2 avril 1051.

ergo, fratres karissimi, in quorum aliquibus manibus hoc titulum advenerit, humili prece deposcimus ut nostrorum misereamini fratrum quorum decrevimus hic nomina assignare, scilicet : Amelius abba, et Poncius, archiepiscopus et abba, et Vivendus monachus, et Lupus monachus, et Laurencius monachus, Ermengaudus monachus, Seniofredus monachus. Nomina istorum et aliorum multorum, quorum si sunt incerta nobis, Deo tamen sunt manifesta, qui omnia condidit.

31. Ecce, pii fratres, jam nunc vos cernitis omnes
Quod mundus cupidus falsa ditione refertur.
Huic, genitrix Christi, mercedem redde salutis.
Ad meta[m] properat lacrimans semperque laborat.
Quapropter, cuncti studeamus currere promti
Ad Dominum nostrum, mundum qui condidit ipsum,
Ut pietate sua det nobis gaudia sancta,
Auxiliumque sui martiris succurrat incliti Cipriani con-
Alma cujus vestris solvit juvamina functis, [tio
Offitium solutum celsum quod ducit ad altum.
Vos etiam nostris itidem nunc reddite cunctis,
Ut pariter cuncti mereantur gaudia cœli.

Pro domno Ansegiso abbate, pro Ingelberto monacho, pro Launo monacho, pro Aimerico monacho, pro Archinbaldo monacho, pro Constantio monacho.

32. Ingenitus genitor genitusque ac Spiritus almus
Salvificet nostras animas, pariterque[1] regat artus.
Principis æcclesiæ sunt hæc Pictavis ab urbe.

33. Jussa Dei patrum pellendo vita priorum
Cœlestis patrie de munere pellitur, unde
Quedam pars hominis moritur, pars altera vivit.
Ast ut vivat homo, Deus est humana propago.

1. Supprimez « que. »

Que petimus, vestri capiant ut dona salutis;
Ut nostri capiant, vestri libamina fundant.

Maingaudus subcantor, Arnardus, Petrus, Rorgo, Gualterius.

Versus Hylarii quos mittit turba beati.

34. Tristia Wifredi que luget funera plebi,
Clerus Metensis, solamen cunctipotentis.
Compatimur vobis, assumpta parte doloris.
Sed quia post solem cuncti cogemur eodem,
Fratri Vuidfredo petimus convivere Christo.
Hinc prece nos vestris, et vos succurrite nostris :

Donnus Teodericus, Constantinus, et alii multi quorum nomina Deus scit.

35. Cum nos Tartareus teter sorberet hiatus,
Crimine lapsorum nimia levitate parentum,
Tum deflendus erat quem vitæ mors adimebat.
Nunc cesset gemitus, cesset conquestio fletus,
Si moritur mundo, quem scimus vivere Christo.
Reddidimus vestris solamina que petiistis,
Et petimus nostris ut vos itidem faciatis,
Quorum vestra notat seriatim nomina carta :

Acfridus, Gislibertus, Raino, Tetfredus, Gilo, Constantinus, Goscelinus, Bernardus.

Hunc meriti magni nobis mors tristis ademit
Giraudum nuper, requiem cui poscite fratres,
Oramus, cartam quicumque videbitis istam.

36. Sol Ledeorum veniebat ad ultima fratrum,
Cum vester nostri Nicolai tecta subivit
Portitor, et profert retinet quos corde dolores :
Ergo Guidfredo portat solatia vestro
Que petiit. Luctum deponite. Sistite planctum.

37. Signum sanctæ Crucis.
Aurelianenses, dilectos Barzolonenses
Hujus et æthereæ possessuros bona vitæ
Inmensamque Dei pietatem poscimus almi,
Vestri defunctum paradisi sede locandum,
Cujus menbrana nomen depromitur ista.
Funeribus nostris et mutua solvite raptis :

Rotbertus, Rodulfus, Guarinus, Constablus, Herbertus, Hersindis, Emma, Werna, Orieldis.

38. Aniani sancti delator limina vestri
Adiit, et nobis de fratris funere dixit,
Unde preces statim Domino diffundimus ipsi,
Mandantes animas lutulento carcere fusas;
Atque modo simili vos, fratres, reddite nostris
Mutua defunctis, terrena labe gravatis.

Letaldus, Leodegarius, Haimo.

Mundum quid peragras? Desistito querere nugas.

39. Cursus ad occiduas solis jam venerat horas,
Templa Radegundis missus cum vester adivit,
Dicens Guitfredum mortali lege potitum.
Ob quem vota precum persolvit contio fratrum.
Vos itidem nostris persolvite carne solutis,
Subtus fert vestrum diploma vocabula quorum :

Stephanus, Ugo, Aymericus, itidem Aymericus, Durandus, Bernardus, Geraudus, Rainaldus, Rannulfus, Deviers, Bernerius.

40. Orbatis vobis Widfredi morte patroni
Digne compatimur, vestris dannisque movemur;
Ast exultamus, quia largus vixit et .....[1],
In patriam cœli sperantes posse reduci.

1. La copie porte « vixit et etrusus. »

Cujus in auxilium conpellemus prece nostrum
Mauricium, sedi qui princeps est Turonensi.
Novimus ut vestrum, fratres, obiisse patronum,
Fecimus extemplo que poscit funereus mos,
Nempe sacerdotes, altaria sacra petentes,
Effudere preces Christo de more litantes,
Ast alii major numerus pro milite tanto
Aut cantaverunt psalmos, aut vina liquarunt.
Solamur tanti vos tristes morte prioris,
Excubias animæ solventes lege potitæ,
Cuncti merentes, lacrimantes atque dolentes.
Adgravat hic se fisus (?) vestros si pondere planctus,
Cui prebet mundus solacia sedula totus,
Que sibimet Turonis ex vestri parte requirit ;
Si genus. . . . . ustum
Opeciit, fratres, redeundi nec sibi spes est,
Passaque queque suum pereunt nascentia casum,
Non est quod cantum multum doleatis amarum (?);
Sed sibi det veniam, decet implorare Tonantem.
Summa brevis vite datur inreparabilis æque
Regibus et servis, pueris, senibusque severis.
Equa sorte rapit mors, insaciata cruoris,
Omnia, nec lacrimis crudelis flectitur ullis,
Fataque nonnulli statuerunt poscere (?) vera;
Quare, quando ruunt et habent mortalia casum,
Est [s]pes sola Deum devota mente precatum,
Donet ut optatam veniam, peccata remittens,
Isti mundani defuncto legibus evi.
Quod partem salmis nos imploremus et hymnis;
Vos quoque visuri tanti monimenta doloris,
Immiscete preces, ignaros rite monentes.

41. Venit gerulus ad valvas sancti Martini quod situm est juxta urbem Metensium pagi, denuntians nobis vestrorum defunctorum nomina fratrum. Nos autem, ut extemplo audivimus, preces Domino per-

solvere non obmisimus, sed petimus per ipsam karitatem et unanimitatem que versatur inter fratres, ut quod pro vestris hactenus fratribus in hac instabili vita degentibus, sive pro his qui jam in somno pacis dormierunt, fieri postulatis, pro nostris, quorum nomina hic notamus, facere e contrario non obmittatis. Valete. Nomina fratrum nostrorum defunctorum : abbas Nanterus, abbas Siggo, abbas Volfridus, abbas Berardus. Nomina vivorum : abbas Everellus, Constantinus, Givardus, Jozpertus, Hilpricius, Ripaldus, Nanterus, Hildemannus, Bertaldus, Goderamnus, Wido, Raynardus, Blidulfus, Girardus, Teodericus, Rozelinus, Albertus, Gislebertus, Hereboldus, et reliqui, quorum nomina sola divina scit.

Cœtibus angelicis possitis vos sociari.

Wicardus, Ligardis, Menardus, Imiza, Lanzelinus, Berengarius, Lanzelinus.

42. Turone titulus.

Funera Wifredi cum totus lugeat orbis,
Flere quidem nostram condecet ecclesiam,
In qua Martini tegitur pia gleba beati,
Cujus honore sacrum condidit ille locum.
Sed quia non lacrimis mitescunt Tartara fusis,
Nec fuit intratas jus repedasse vias,
Laxentur gemitus et aneli pectoris aestus;
Debita jungamus vota precum potius,
Ut cujus miserum contempsit munera mundum
Hic quoque prestet ei vivere cum superis.
Pax autem cunctis in Christi nomine functis;
Vivis summa salus et sine fine decus.
Tyndaridas medio plus hauserat altus Apollo,
Interitum fratris cum gerulus retulit.

43. A clero sancti fratres salvete Venanti.
Cogit amica parem pietas nos ferre dolorem,
Vestri, scite, licet Witfredi fata gementes;
Sed quoniam morum fuit hic vivendo priorum,
Hos luctus alacres in gaudia vertite, fratres.
Emicat in superis, exuta carne, katervis,
Ut Dominum propius pro vobis ipse precetur.

44. Casu consimili Tullensis contio cleri
Fratribus e multis lacrimoso funere plangit.
Nomina nostrorum quia sunt perplurima fratrum,
Spernit dactilicum patulo comprendere metrum;
Sed quia communis talis sors imminet omni,
Ad vitæ requiem semper celestis habendam,
Quod facimus vestris, id nostris vos faciatis :

Vuarmerus, Bernefridus, Erleverdus, Everardus, Dagobertus rex, Acelinus, Vuadulfus, Johannes, Nanterus, Goderannus, Vualterus, Gehuinus, Herbertus, Vualmarus, Gebezo, Erlaudus, Urso, Ermenardus, Warnerus, Rambertus, Volfaudus, Teudo, Gennulfus, Dominicus, Rotgerus, Stephanus, Humbertus, Bezelinus, Dodo, Albricus, Adelbero, Griboldus, Vuizo, Norbertus, Gennulfus, Herimannus, Dodo, Lambertus, Ramierus, Everardus, Odelricus, Rotbertus, Lancelinus, Evericus, Sigelmus, Provasius, Johannes, Humbertus, Magenerus, Arengauldus, Romanus, Ansteus, Berengerus, Stephanus, Dodo, Griboldus, Acelinus, Grimoldus, Benedictus, Berardus, Heienricus, Beroldus, Gondulfus, Gauzlinus, Odelricus, Gozelinus, Vuarnerus, Leubertus, Teulorus.

45. Sancti Martini tyrunculis, sancti Symphoriani catervula Mettensis, paradysum cum sanctis. Obitum, fratres, domni Guidfredi luctumque vestrum pro ejus

discessu parvitati nostræ insinuatis; sed vos magis gaudere quam lugere oportet, quia, licet dolor luctum, amor tamen de ejus salute securis debet conferre gaudium. Pro absolutione tamen ejus, quia id poscitis, si qua ei inest macula, salutarem hostiam immolamus; vobis vero consolationem impendentes quam possumus, debitam vicissitudinem nostris et vivis et defunctis rependi exoramus.

46. Patribus ac dominis Martini dulcis alumnis,
Grex fratrum sancti Leuchorum presulis Apri,
Gaudia perpetuæ poscit felicia vitæ.
Aecclesiæ sanctæ Paulus monet auctor in orbe,
Lætis gaudendum, cum tristibus esse dolendum.
Fletibus hinc vestris, Vuifredi morte subortis,
Compatimur, fratres, jus hoc commune scientes;
Non tamen est flendum, quia Christi jussa sequutus,
Postponens mundum Domino, secum tulit ipsum,
Quippe recepturus, judex cum venerit æquus,
Centuplicem fructum parvo pro fœnore rerum.
Pro quo vel reliquis quia nos orare petistis,
Paruimus monitis devoto pectore vestris,
Vosque rogate pium pro nobis mutuo Jhesum,
Ut functis requiem, vivis vero.... salutem.
Præsenti vita valeatis, necne futura.

Nomina defunctorum : Vuarnerus abbas, Rotbertus abbas, Vuidricus abbas, Herbertus, primicerius et monachus; Gubuirius primicerius, Ansteus, Gozelmus, Hugo, Ailulfus, Josfredus, Girbertus, Albertus, Volfierus, Vuarnerus, Constancius, Malgisus, Folcraus, Rotmarus, Tendo, Teodericus, Genesius, Adrauldus, Burchardus, Sigibertus, Eva cometissa, Norbertus, Heinricus abbas, Harduinus, Humbertus, Linzo, Vui-

pertus, Plectrudis, Franco, Haroardus, Rotbertus, Silvester, Badinus, Rainoaldus, Herbertus.

47. Nuncius defunctorum vestrorum ad nostrum quod Majus dicitur Monasterium venit. Fecimus pro ipsis quod consuetudinis est nostræ. Facite pro nostris quod bene placiti fuerit vestri; quorum infra scripta sunt nomina : Ingelbertus, Otbrandus, Martinus, Hilduinus, Odo, Roggerius, Guarinus, Gualterius, Othbertus.

48. Concio Launomari famulantis sub nomine sancti,
Cetibus angelicis vos omnes consociari.
Cartula quod petiit diligimus fieri.
In vestris precibus memores estote precamur
Fratrum quorum infra nomina penna notat :

Rotbertus abbas, Suswallo abbas, Warinus abbas, Otmarus monachus, Rainaldus monachus, Gauzbertus monachus, Asteus monachus, Rotbertus monachus, Herbertus monachus, Johannes monachus, Herbaldus monachus, Achardus monachus, Aynardus monachus, Hilgerus monachus, Osmundus monachus, Otbertus laicus.

49. Mortali pro Christicolis jam carne solutis
Est orare pium; quæ res nos compulit omnes
Fundere jure preces vestri pro funere fratris,
Quos fovet egregius Germanus, Parisiorum
Presul, virtutum meritis et nomine dignus.
Quesumus ergo vicem defunctis reddite nostris,
Nomina sunt quorum quæ pandit pagina tristis :

Childebertus rex, Morardus abba, Willelmus abba, Yngo abba, Constantius sacerdos et monachus, Drogo sacerdos et monachus, Giroldus sacerdos et mona-

chus, Jozelmus sacerdos et monachus, Fulco, Wido, Rohardus, Stephanus, Tiherius, Odo, Obdevaldus, Lambertus, Ulricus, Richerius, Rainardus, Frogerus, Ademarus, Wascelimus, Hagano, Ursus, Johannes, Albericus, Turoldus, Hubertus, Gauzfredus, Milo, Ogisus, Ato, Anselmus.

50. Concio cenobii Maximini Miciaci
Defunctum vestrum commitat cum prece Christo,
Ut careat pœnis, habeat et gaudia celi.
Que dedimus vestris, ea dentur mutua nostris,
Nomina sunt quorum quae pandit pagina presens (?) :

Droco monachus, Albertus monachus, Anselmus monachus, Gozfredus monachus, Warinus monachus, et ceteri quorum nomina sunt in libro vitæ.

51. Martini monachis in Christo gaudia mestis,
Discipuli Petri Mansueti contio sancti.

Celestis patriæ extorres effecti pro crimine periclitamur, undecunque collectis hujus vitæ angustiis. Unde fit ut quidam nostri consimiles, patriam repetentes quam amiserant, deposito honere carnis, pergant a quo evocantur his dulcibus verbis : « Venite ad me qui laboratis et honerati estis. » Sumus etenim altera pars celi, altera soli. Hec causa consolationis et veritatis protulimus; cæterum devoti implemus quod pro vobis a Deo prelato petitis, iddem nos pro nostris exorantes ut agatis, quorum nomina sunt hic subscripta : Wydo abba, Hunaldus abba, Humbertus monachus, Harduinus monachus, Norbertus monachus, Rothbertus monachus, Rothbertus abba, Aaso, Adam, Everardus, monachi; Norbertus, Warinus, Oto, Galernannus, Folcraus, Senfredus, etc.

52. Conpatimur vobis tanti de funere fratris;
Sed non est flendus celorum sede locatus.
Plasmate nam primo mortis datur ista vorago,
Qui jam deliciis fulgens, in origine mundi,
Uxori credens, vetitum factoris omittens,
Incurrit mortem, pomi dulcedine sumpta,
Qua genus humanum sic corruit omne per evum.
Vivitur in terris, heu! magni clade doloris.
Sed nos, quos ratio spem firmat habere superno,
Planctum mittamus. Dominum pro fratre rogemus,
Et vos pro nostris hoc quesumus ut faciatis.
Fratrum Maglorii hec..... contio sancti.

Heroardus abba, Harduinus abba, Robertus abba, Galbertus monachus, Isebardus monachus, Rodulfus monachus,

Et reliqui Dominus quorum scit nomina solus.

53. Barcelonis fratres in Christo vivere semper
Contio vult Montis quam Genovefa regit.
Quod natura dedit nemo vitare valebit;
Hec regnans homini junxit inesse mori.
Quocirca Christum properemus habere patronum,
Ne nobis donum sit necis exilium.
Cessit naturæ Witfredus sortis acerbæ,
Et fugiens hominem, promeruit requiem;
Nam, sicut nobis vestratica carta notavit,
Mente Deum nostra miles (?) in orbe licet.
Huic fraternus amor tribuit quod subgerit ordo,
Ut memores nostri sitis amore pari.

Hugonis decani, Odonis sacerdotis, Johannis sacerdotis, Lisierni diaconi, Walteri diaconi, Warini subdiaconi, Walteri pueri, et ceterorum nostratum defunctorum.

54 Parisiacenses solari Kanigonenses,
Et post solari mente vigere pari.
Quem non vixisse nullus miretur obisse,
Res quæ sic oritur ut cadat hoc sequitur.
Nec credit sospes qui mundo vixerat hospes;
Ad patriam properat qui peregrinus erat,
Et quia sic vixit sicut lex vivere dixit,
Sic renitet cujus candor ut ipse nivis.
Hic comes Hispanus, sua membra per omnia sanus,
Atdicat[1] esse suus; sit, Benedicte, tuus.
Hunc imitando ducem, capturus premia, lucem
Nunc habet, ut meruit, actio causa fuit.
Sumite mensuram meroris, spernite curam,
Sit modicus gemitus, nam bonus est obitus.

Hec sunt nomina nostrorum fratrum mortuorum : Ardradus, Durandus, Herbertus, Manasses, Ansoldus, et omnium aliorum quorum nomina Deus scit.

55. Tristibus ob fratrem, Meldensis turba, salutem,
Subdita Christifere.... Crucis ecclesie.
Convenit impleri quod querit scriptio vestri,
Proficuum vivis, nec minus oppositis.
Vestris impensum, nostris donate petitum,
Ut sic solvatis munia munificis.

Rainerius abba, Burcardus, Adalardus, Oddo, Rainerius, Fulcoinus, Fulco, Lantselinus, Ursus, Ingelrannus, Rodulfus, Balduinus, Euvrardus, Walterius, Godefredus, Osbertus, Rainardus, Landricus abba, Fulco abba, Grimodus abba.

56. Meldicini fratres salvere Barcinonenses.
Mandamus, nimium jam nunc deponite fletum.
Mortis ad imperium solvit mortale tributum;

1. Pour « abdicat. »

Morite mori ponit[1], non mortis jure teneri.
Munere de summo lætatur in ordine sano[2].
Miles, post monachus, nunc pacis sede locatus,
Wifredus, mundo studuit qui vivere Christo,
Pace fruatur amen. Nostros cognoscite tandem :

Gislebertus presul, Macharius presul, Bernerius presul, Wato decanus, Wibaldus cantor, et ceteri qui dormiunt in Christo.

57. Grex humilis monachorum sancte Celinie virginis et omnium sanctorum servulis gratie munus. Quod pro vestris rogastis devotissime peregimus. Vos quoque itidem nostris facite, rogamus, quorum hec sunt nomina : Gondacerus abbas, Herbertus abbas, Golbertus sacerdos, Rainerus levita, Adalardus sacerdos, Oddo laicus, Hairardus laicus, Hildridus laicus, Rotbertus monachus bone memorie.

58. Tristibus eximii monachis pro morte Wifredi,
Suessio, perpetuæ nancisci gaudia vitæ.
Oramus, fratres, vestros cohibete dolores ;
Pectora perpetuæ firmet fidutia vitæ.
Abbas enim dulcis, pro quo tot vota dedistis,
Vivit, nec diri sentit discrimina loeti,
Si sic instituit vitam ceu cartula dixit ;
Sed tamen ut melius requiescat spiritus ejus,
Est Domini pietas submissa voce petenda
A nobis, requiem quo donet habere perennem,
Necnon pastorem vobis det convenientem.
Quæ dedimus vestris ea dentur mutua nostris :

Vuidiozni episcopo, Fulchoni episcopo, Deodato episcopo, Rodulfo archidiacono, Miloni archidiacono,

1. Lisez : « Morte potest mori. »
2. « Sono, » dans le ms.

Tetboldo archidiacono, Rotberto archidiacono, Rotberto decano, Lamberto diacono, Rodulfo diacono, Teudoni præposito, Deodato cantori, Walberto sacerdoti, Bernero sacerdoti, Berardo sacerdoti, Clementi levite, Alberto levite, et multis aliis quorum solus Deus nomina novit, quæ nobis notare prohibuit festivi ociositas diei et portitoris importunitas, ire cupientis ad partes alias.

59. Dominis et patribus sub cenobitali norma monasterio Martini almi præsulis degentibus, sanctæ Mariæ Suessionensis grex virginum humillimus, poli adire fastigia sanctarum virtutum gradibus. Jam senescente die terispes vester adiens limina sanctæ Mariæ, venerabilis comitis Wifredi funus nobis retulit lamentabile. Unde, quia tanta in hoc mundo resplenduit gratia, ut, mundi relinquens omnia, secundum Domini preceptum, pauper ipse sequeretur Christum, nobis omnibus est lætandum. Sed quia tanti viri caretis præsentia, qui mira inter vos vixit pacientia, vestro dolori compatimur per omnia. Quod ergo de vestris nobis agere cupitis, id poscimus agite de nostris, quarum nomina hac presenti prenotamus cartula : Frenburgis abbatissa, Ermentrudis abbatissa, Adelaidis abbatissa, Adelaidis thesauraria, Ermena, Elisabeth, Hildeburgis, Fagela, Beringildis, Leuda, Eva, Mathildis, Lanscindis, Itisburgis, Richildis, Hildeburgis, Rosmodis.

60. Contio Crispini necnon et Crispiniani
Gaudia pro patris deposcit funere mestis.
Pellifer æcclesiæ pede tangens limina nostræ
Cunctis plangendi patris funus reseravit.

Hic pompam secli linquens prorsus perituri,
Ac normam sancti sacram sumens Benedicti,
Moribus, ut refert, curavit vivere cœlebs.
Sublatus seclo, jam vivit in ethere summo.
Quod vestris petitis nostris itidem faciatis.

Quorum hæc sunt nomina....

61. Urbs est Remorum prope fines Francigenarum;
Hanc habitat clerus, stella maris irradiatus.
Qui cum per gerulum nosset suspiria fratrum,
Compatitur primo, Pauli mandata sequendo.
Hinc animam fratris precibus commendat amicis.
Ut sibi fiat idem, clerus desiderat idem.

Albricus, Haidericus, Haduinus, Albertus, Asceli-nus, Stephanus et Adam.

62. Te, Guifrede, pater, patris qui nomine semper
Pollens aeterni, te nati morte redemit,
Suscipiat cœlo, pacis tibi munera dando.
Quod tibi Remenses optant ex corde sorores.
Supplicat at vobis devotio nostra fidelis,
Funere pro fratris nos poscere qui novistis,
Ut tandem nostris orantes subveniatis :

Erlendi abbatisse, Ledvidi abbatisse, Gertrudi, Ledvidi, Landradæ, Adelidi, Idæ, Reinæ, Hadvidi, Rothildi, Hildegardi. Pro quodam vero homine nostro, Evrardo nomine, vestram oramus benignitatem, ut ipsius animæ missis, psalmis et hymnis impetretis a Deo peccatorum veniam et requiem. In Christo valeatis, ut de hoste victoriam captetis.

63. Fratribus almificis sint munera sancta salutis :
Nisibus et votis, hoc grex obtat Cluniensis,
Quem regit Hugo modo, dudum pius Odilo pastor,
Lectis litterulis quas scripsit Kanigonensis

Penna, preces Domino mox fudit supplice voto,
Liberet a penis eductos carcere carnis,
Omnibus et requiem concedat in ætere jugem,
Quos functos notuit vivorum cura fidelis.
Sed petimus nostris, ut idem post fiat ab illis :
Nominibus scriptis quos promit cartula talis :
Berardi, Stephani, Franconis necne Johanni,

Bladini seu Beraldi, necnon Duranni, Bracdingi, Rotberti et aliorum quorum scit Deus nomina qui creavit omnia.

64. Kanigoni monachis, mestis de morte patroni,
Concio Remigii cœlestis gaudia regni.
Ex quo primus homo pulsus fuit ex paradiso,
Exilium patimur; mortis ditione tenemur,
Que vos privavit fratris solamine cari.
Si fuit hic talis qualem fore vos perhibetis,
Pro nece lætari decet ejus, non lacrimari.
Nam fruitur requie cum sanctis fine carente.
Qualia defunctis dedimus suffragia vestris,
Ut vos reddatis oramus talia nostris :

Domno abbati Aytardo, domno abbati Teoderico, fratribus Tetboldo, nuper defuncto, Raymbaldo et reliquis.

65. Dum nitimur certare nos nostrisque (?) visere mundo, aliisque jubemur, charitate obnixi, obtare gaudia caelo. Quod ut audivimus nuntium geroli, statim funus fratrum condoluimus vestrorum, veluti par; ut agatis nostrorum similia Celsiniacensium fratrum id deposcit a vestra clementia. Nomina nostrorum fratrum sunt hæc : Bernardus prior, Geraldus secre[tarius], Petrus, Desiderius, Durandus, Walterius, Bertrannus, Geraldus et Geraldus, et aliorum nomina quorum Deo patri [non] sunt incognita.

66. Quos Domini retinet Florinis preco Johannes,
Martini monachis pia mandant verba salutis.
Dum medium Phoebus cœli penetraret anhelus,
Nos mortis solitus sollicitat gemitus.
Quare, perpetuæ capiant ut premia vite,
Solvite defunctis debita quæ petitis.

67. Tota Foillani Fossensis contio sancti
Kanigoni monachis præstat solatia patris.
Non est lugendus mundo degens peregrinus,
Sub tali namque formatur condicione,
Quatuor ex rebus quod constat fictile corpus,
Ut cadat, et merita quærat jam carne relicta.

68. Kanigoni monachis, turbatis funere patris,
Grex Namucensis quæ poscunt debita solvit,
Hæcque suis fiant, quos ista vocabula signant :

Hestreboldo scilicet, Folrado, Godefrido, Albrico, Stephano, Hetholino, Benthoni, Geroldo, Teoderico.

69. Kanigonæ plebi, mestæ de morte patroni,
Gaudia perstantis vitæ, grex Aniciensis.
Orbis ad occiduas solis rutilaverat horas,
Fessus et antipodum penetrabat lampade regnum,
Cum vester gerulus nobis depromere questus
Curavit nimios, Wifredi funere dignos;
Flumine moxque genas lacrimoso tangimus ambas.
Rex quoniam regum de pardo perficit agnum,
De crudele pium, de transgressore benignum,
Servum de domino, vacuum de divite tanto,
Nunc cesset gemitus : non hoc lacrimabile funus,
Mors quando venit, vitam super astra paravit,
Duxit et ad patriam sibi sub prothoplasmate clausam.
Nascitur alter homo, summæ deitatis imago,
De nostro sumens pia mortis vincula, vivens
In deitate patris, pro nobis pocula mortis
Sumere dignatur; hominum genus hoc recreatur.

Qui calcant vicium et ad ardua culmina morum
Scandere festinant, ductoris numen et orant.
Unde pater tantus, clarus dux ille Wifredus,
Quem labor in decimo suscepit limite clauso,
Deposuit pondus, rueret ne fasce gravatus;
Sic nudus nudo pugnat cum hoste maligno,
Et superat Zabulum miles sub tartara pulsum;
Dum sua dispersit, dum mundi naufraga sprevit,
Tunc hostem jugulat, tunc cæsum verbere dampnat.
Si qua tamen restant sceleris quæ pondera crescant,
Nos prece continua tergemus sorde remota.
Vos ergo, fratres, pro nobis este rogantes;
Inmemores nostri nunquam, dum vita supersit,
Quod vestris petitis nostris persolvite functis,
Ut prece conjuncta copulentur in arce superna.

Haec sunt nomina nostrorum defunctorum : Wigo gramaticus, Arlulfus gramaticus, Eldegerius prepositus, Beraldus prepositus, Desiderius prepositus, Jarento abbas, Geraldus, Arlulfus senex, Guitardus custos, Ugbertus custos, Asterius, Rotbertus abbas, Rotfredus custos, Rainoardus, Petrus decanus, Petrus, Petrus, Theotardus, Ingelricus, Stephanus, Petrus, Guilelmus comitor, Raimundus, Aspasius, Ugo, Adraldus, Rostagnus, Umbertus.

Cæterorum nomina Deo sunt cognita, cui patent omnia.

Cenobium quoddam persistit jure statutum,
Antiquis patribus Calmiliacense vocatum,
Eximius martire requiescit quo Theohtfredus,
Fortunatus vero, cum confessoreque Eudono.
Ad quod se gerulus vester veniens patefecit
Ostentans scedam Witfredi funere scriptam,
Proque hoc sacra precum libamina significantem.
At pater eximius, virtutum lampade fulgens,

Rector cum moribus prestat cui comodus almis,
Regula quod dat habens vocitamen domnus et abbas,
Nomine cui proprio Wilelmus vulgo vocatur,
Quem reliqui fratres illic stacione morantes
Obsequiis refovent auditibus atque verentur,
Qui votis vosmet certis de more salutant.
Omnipotens Dominus vosmet tueatur in aevum.
Vestris quod petitis, oramus reddite nostris,
Vivere quo valeant ac perfrui gaudia Christi.

Guigo episcopus, abbasque (?) monachus, Petrus monachus, Bernardus monachus, Aspasius monachus, Petrus monachus, Vulfaldus monachus, Geraldus monachus, Lambertus monachus, Jarento monachus, Bernardus monachus, Icterius monachus, Bertrandus monachus, Wigo monachus, aliorumque nomina quorum illi sunt cognita qui condidit cuncta.

71. Cuncte sancte Dei ecclesie circumquaque per orbem difuse, humilis sancti patris *illius* congregatio cenobii *illius*, tranquillæ pacis tempora, cum spiritualium incremento virtutum. Cum nostrorum conscientia deterreamur peccaminum, quorum enormitate nimium gravamur cotidie, quam minima que agimus benefacta, nisi vestrorum sublevemur auxilio orationum, nobis non posse scimus sufficere. Si enim ipsi celi non sunt mundi Dei tremendo conspectui, quanto magis nos, qui, in iniquitatibus concepti, post sacri emundationem baptismatis, mali rursus contagiis implicamur multimodis? Quamobrem obnixi rogamus quatenus acceptabilia vestrarum munera intercessionum nobis pro voto suffragentur, ne debitis secundum actuum merita subiciamur pœnis. Pius enim conditor rerum, nostre compatiendo fragilitati,

petenda non abnuit petituris, cum ipse Apostoli ore precipiat dicens : « Orate pro invicem ut salvemini. » Unde sciendum quod qui caritativa animi dileccione clementiam superne majestatis implorant pro proximorum absolutione, utrisque premium largitur salvationis æterne. Humilium igitur aspernantes famulorum preces, non tam nobis petimus, quibus in hujus vite stadio adhuc consistentibus spatium non denegatur penitentiæ, quatinus nobis fraternitatis caritatem inpendatis, orando scilicet pro nostrorum absolutione reatuum, quam his qui ingressi viam universe carnis sortiti sunt in medio nostrum hujus diurne luci[s] ocasum. Nostis quam sanctum sit et salubre pro peccatis mortuorum exorare, ut ab eorum solvantur nexibus. Ex his quemdam fratrem nostrum egregie probitatis monachum, sacerdotali quoque officio functum, nomine *illum*, vestris precipue comitimus indesinenti prece orationibus, quo propitietur Dominus vestris intercessionibus cunctis iniquitatibus ejus, et redimat de interitu inferi animam ejus, qui coronat in se sperantes in misericordia et miseratione. Qui in ac cupiens luce laudabilem in Domino vitam ducere, spretis hujus seculi pompis, sumpsit habitum nostre professionis, per multos in Christi famulatu degens annos, quousque terrea mole deposita carnis, die *illo*, non sine multo merore fratrum coram astantium, hominem, vocante Deo, excessit. Fuerunt et alii nostræ congregationis fratres, qui ex hujus ergastulo carnis educti, diversis temporibus, preordinatis sibi, petierunt inmortalis vite mansiones, quorum nomina subtus annotata vobis censuimus dirigenda, cum supra memorati nomine fratris, quem iterum atque iterum

vestre inculcamus sancte memoriæ, pro quibus, videlicet, *illis* atque *illis*, et pro aliis, nomina quorum, si inscriberentur, fastidium preberent legentibus, petimus ut grati precum libamina fundatis altissimo omnium, quatinus, si quas ex primi transgressione parentis contraxerunt maculas peccatorum, quod omnino certissimum est (non est enim corruptibilis homo qui non peccet), sua pietate abstergendo emundet, perpetueque beatitudinis faciat esse consortes. Amen[1].

103. Versus coenobii sancti Medardi.

Barzolonos fratres, Vuifredi funere tristes,
Moribus insignes, Martino digne famulantes,
Grex Medardensis, devicto principe mortis,
Arcibus in superis aeterna gaudia lucis.
Est nil perpetuum, quod constat tempore factum.
Esse quod est miserum per mortem transit amarum.
Esse quod est vere mortis procul abnegat esse
Esse suum, gaudere suis, bene vivere posse.

Ab ipso esse, quod est summum esse, protoplastum credamus inmortalem fore conditum collocatumque Helisii in amoenitatibus, ubi adhuc permanere potuisset, si factiositate antiqui serpentis decipi nectareos per fructus haud consensisset. Stole enim inmortalitatis amictus decore, sui semper conditoris fruebatur contemplatione. Illi autem a se verenter formato inedici-

1. Il est possible que la formule de lettre qui porte ici le n° 71 ait été indûment rattachée au rouleau de Guifred. Ce qui est certain, c'est que les pièces formant les n°s 72 à 102 n'appartiennent pas au rouleau de Guifred, mais bien à celui de Girard, moine de Saint-Aubin d'Angers. J'ai cru devoir placer ces pièces à part; on les trouvera plus loin, à la suite du rouleau de Guifred.

bilique ipsius minime(?) parenti decreto opifex rerum inquid :

Figmentum fore te noscas ex pulvere fictum.
Quod primum fueras, remeare puta propria vi.

Sed postquam heu nimium gemebunde diabolice suasioni, malum gustando, consensit, hac in convalle lacrimarum, spe seductus inani, occidit, neceque peccato inobedientiae eliminatus propria a sede mundum inferre. Ambiendo enim quod non debuit, esse amisit. Nimirum terra in aliena positus, canticum Domini resonare est oblitus, quod cum angelis jubilare erat solitus. Ergo solus sine accidente bonus, cernens sibi condictum fraude maligni deceptum, propria usus pietate, ab arce poli dignatus est descendere, assumendo carnem, Spiritu sancto obumbrante, in utero Virginis Marie, mortemque subire, ut nos restitueret inmortalitati pristinæ. Sic denique mutatio ipsa in nos augmentum est facta. Quo circa, quoniam tam nobile genus, ut pote rationale animal, homo consistit, cujus ad imperium benignus fictor cosmi quicquid patrarat subdidit, profitemur, peracto finali meatu, ad ima relabi. Indefessis pronisque mentibus summe majestati precordialem fundamus precem, quo nusquam hæc resolutio corporis ad interitum, verum potius ad salutem proveniat animarum fratrum vestrorum atque nostrorum, quorum nomina sunt haec : abbas Odeleus, abbas Boso, abbas Richardus, abbas Rodulfus, abbas Teodericus, Milo monachus, Gozlinus monachus, Gualterus, Goisbertus, Harduinus, Adelelmus, Adso, Rocoldus, Rotharidus, Hagano, Constantius, item Constantius, Raynerus, item Raynerus,

Riculfus, Haymo, Burcardus, Dodo, Rodulfus, Gyburnus, item Gyburnus, Rotlandus, Drado, Maynardus, Vuarnerus, Tetboldus, item Tetboldus, Hadeloranus, Eutrardus, Hildurnus, Arnulfus, Raymarus, Berengerus, Ititrus, Raenoldus, Hildierus, Eycembaldus, Drogo, Fredelardus, Richardus, Lantbertus, Rotbertus, Odo, Geroldus, Boso, Adebertus, Fulco, Vualo, Rotbertus puer, Herluinus, Drogo, Bovo, item Herluinus, Odo laicus, Gyrardus, Burnencus, Hugo, Vuido, Richardus, Gyrbertus, item Herluinus, Wirefridus, Erenburgis, Ebroimus, Alindis.

104. Fratribus cenobio degentibus almi Martini sito in monte Ganigonensi, sub principis magni Mikahelis arcangeli quohabitantes patrocinio, que sint placita Domino aewæ et perhennis vitæ. Cum olim, ipso agente qui disponit omnia, nobilissimorum fratrum et nostre patriæ principum regeremur dominio, videlicet domni Olivae, presulis et abbatis spiritualis, et dive memorie communis patris et sibi unanimis fratris et seculari honore prepotentissimi ducis domni Guifredi, digne nos hortamini eorum vobiscum, dum vita comes fuerit, memoriam agere : unius, cujus studiis sapientie, dum præsens superfuit apud nos, inter rectores ecclesiæ, sui ordinis nemo extitit secundus; alterius qui suis temporibus, secularem miliciam dum teneret, clarissimus inter nobilissimos sui generis fulsit prepotentissimus, et quod vobis vestroque loco, ut simul una novimus, postquam in omnibus bonis auctor extitit, sic laudabiliter est vobis memorie recolendum. Inter vos habitum religionis sancte suscipiens, ut pater et frater extitit vobis in Christo, et vobis nobisque semper Domino commendandus ex-

cessit a seculo. Unde nos Christi fideles, qui presentes vestras visuri sunt litteras, quos rogatis, rogamus, ut et nomina illorum habentes secum in libris justorum, anniversaria eorum peragant in memoria eterna cum divinis officiis, ut adscribantur in libro vitæ cœlestis. Amen. Nomina fratrum nostræ congregationis defunctorum, ut requiescant in consortio electorum, commendamus vestris precibus apud conditorem omnium : Ariovadus monachus, Seniofredus monachus, Gauzbertus monachus, Petrus monachus, Arnallus monachus, Isimbertus monachus, Elias monachus; ceteri vero fratres, orate Dominum, ut cum prescriptis habeant partem beate ressurrectionis, quia nos idem faciemus pro vestris. Valete in Domino. Raimundi comitis, Bernardus presbiter, Raimundus laicus, Berengarius laicus.

105. Kanigoni monachis, cœtus Latiniacensis,
Nunquam cessantis ditari munere pacis.
Omnia non fiet caro quod pro tempore duret.
Ut cadat exoritur, quidquid de carne creatur.
Quæ petitis vestris solventes carne solutis,
Et nostris parilem, petimus, date vos talionem :

Scilicet Waloni abbati, Herberto abbati, Gerardo abbati, item Herberto abbati, Arnulfo abbati, Lescelino abbati, Amelio abbati, Odoni, Widoni, Henrico, Rainero, Gameroni, Giraldo, Rotaldo, Rotgero, Waloni, Kariero, Ascelino, monachis, atque aliis Dominus quorum scit nomina solus.

106. Finibus in mundi quos vera æcclesia nutrit,
Martyris Urbani grex clari cenobialis,
Prospera presentis vitæ vitæque perhennis.
Algidus ignivoma jam sol refluebat ab ora,

Affuit en scripta commonstrans pellifer ista,
Ac gestans trita fervens diplomata planta :
Attulimus vota pro fratrum sorte suprema,
Ac petimus, forma nostris succurrite in ipsa.

107. Fratribus afflictis, lenimen mite doloris,
Plebs Maximini Treveris urbe siti.
Sors hominum dura, quia mors manet omnibus una.
Fubula (?) post funus, pulvis et umbra sumus.
Heu ! fera mors, pretio quae non averteris ullo,
Justorum claudis lumina cum reprobis.
Hinc te Witfredum tenet inrevocabile fatum;
Non te sobrietas, non redimit pietas.
Sed caro si putret, flatus per premia fulget.
Dejectas mentes haec relevet bona spes.

108. Kanigonis dominis, felicia dona salutis,
Presulis Arnulfi monachorum contio summi.
Cartula quod petiit fratrum devotio solvit;
Quod fecimus vestris id nostris reddite functis :

Domno abbati Willemo, successoribusque ejus Benedicto, Oddoni, Warino; fratribusque nostris Raimbaldo, Alcuino, ac reliquis,

Ut cuncti superum mereantur scandere regnum.

109. Titulus piissimi Servatii confessoris.

Nos pars Teutonicae nutrit pænultima terrae;
Trajectum colimus, porro Mosam bibimus,
De meritis nomen ducens Servatius et rem
Patronus nostris laudibus est celebris.
Idibus augusti[1], laetum miserabile justi
Comperimus, fidas cui datis exequias.
Vestra quidem geminum sors attulit aspera motum,

1. 13 août 1051.

Tristia parturiens, laeticiam pariens :
Exegit gemitum compassio debita fratrum;
Mox hylaris, talem vos meruisse patrem.
Ergo solamur quoque vos, pariterque precamur.
Sed lacrimis dignos haud inficiabimur illos,
Qui commune suo præposuere bono.
Attamen est melius, si firmam spem foveamus,
Vivere cum Domino, dum fluit ista caro.
Est commune queri stolidorum, nolle mederi,
Questibus immodicis, a racione vagis.
Impia quem raperet mors, aut quid juris haberet,
Si caput humano subderet arbitrio?
Quod petitis, totis faciemus denique votis,
Hac interposita conditione pia :
Ut quæ spondemus fidei commercia, rursus
Accipiant nostrae, nam decet hoc, animae;
Alternis precibus quomodo superare valemus
Noxia tam carni, quam mala spiritui;
Sedulitate probos, pro fratribus officiosos,
Emptos hoc precio, complacet hocque modo.
Fœderibus certe par[1] gloria crescet utrisque :
Sint igitur stabiles hac sine fine vices. Amen.

Item.

Discessit nostris miles Guifredus ab horis,
Regnans cum Christo, quo sedet in solio.
Iste sequens Martis prius hinc vestigia pacis
Mutavit mores atque refugit opes;
Postponens sacris quæ sunt mortalia curis,
Visere proposuit mens quibus alma fuit;
Fitque Dei miles, Benedicti abbatis et heres,
Instans subjectis, ut genitor pueris.
Quapropter, fratres, mentis lenite dolores :
Terra licet carnem, vita tenet requiem.

1. Le ms. porte « per. »

Hunc nos asscribi decrevimus atque notari,
Istius meritum ne foret occiduum.

Item.

Novimus haud veniam correctis esse negandam :
Destitit hic monachus quod fuit esse prius,
Intentusque animo, quo rerum tendit origo.
Sensit summa bonis, ima parata malis.
Ingemit ad vestrum casum pars maxima nostrum,
Quamque huic sola salus permanet in precibus.
At si flere libet, jam desperatio cesset
Premia virtutum vera negasse fidem.
Et si culpa manet, fratrum per vota recedet.
Credite, divinum querimus auxilium.

Item.

Ut vobis nostri, sic nobis mentio vestri,
Sedula si fuerit, sedula semper erit.
Non jam de supera loquimur vescentibus aura,
Verum de seclo non modo progenito.
Quod formidatis, ne formidare velitis :
Cum Christo vivit, regnat et, ut meruit.
Litterule monstrant quoniam transcenderit astra ;
Pro quo nos vobis consimiles cupitis.
Sit requies animæ, sit vita salusque beatæ.
Ut volumus, sic vos sors manet hæc quoque nos.
Justis injustis calcanda est hæc via cunctis
Per quam Guifredus transiit egregius.
Sed tantum haud æque : patet his, et clauditur illis :
Dantur cuique suis premia pro meritis.
Quod nos corde pio respeximus atque benigno,
Et fecit pietas quod petiit pietas.
Quare felices per secula vivite, fratres,
Et date quod petimus, nos quoque quod petitis.
Ac vivet nobis tam clari vita parentis.
Ut vultis, volumus ; si facitis, facimus. Valete.

Item.

Est ammirari quenquam indulgere dolori,
Si minuat sociam lex sibi mortis opem.
Est, fuit et semper remanebit in orbe potenter,
Quod bonus atque malus morte simul premitur.
Vos nostri memores fratres estote fideles,
Nos si concupitis velle quod appetitis.
Terra premit cari Guifredi corpus amici,
Ast requiem repetat spiritus atque habeat.
Non claudatur ei via sed pateat paradysi,
Non noceant tenebræ, dissiliant nebulæ.

Compatimur vobis de vestri morte prioris,
Clerus Servatii presulis eximii :
Nominis hic hæres, proprios servando clientes,
Trajecti servis semper erit celebris.
Auditis vestris quis cesset flere querelis?
Hujus ad interitum quisque paret gemitum.
Sed nulli parcit mors, heu ! quia parcere nescit;
Quin moritur sapiens, et simul insipiens.
Bis moritur pravus, perdens cum flamine corpus;
Sed melioratur, cum bonus emoritur.
Nam mors in vestro quid habet nisi corpus amico ?
Spiritus at repetat pars bona cujus erat.
Mors si cessaret, vel in isto, degeneraret;
Perderet antiquum nomen et officium.
Si nequit hoc fieri, quid prodest nos lacrimari?
Prorsus tristiciæ nil faciunt animæ.
Parcite flere pium qui non moritur Guifredum :
Mutavit vitam, dum redit ad patriam.
Quod petitis dantes, sumus hæc eadem rogitantes,
Servos Martini nos quoque Servatii.

Æquales vestro meritis florete patrono,
Cui dignum lacrimis obsequium petitis.
Nam qualis mundo Guifredus vixerit isto,

obis ignotum, carmina vestra ferunt.
ed quia nos vestræ voluistis jungere curæ,
Addamus socias cum precibus lacrimas.
Est scriptum : « Frater fratrem si juverit, ambo
Munera majoris suscipient meriti. »
Vos etiam cari memores consistite nostri,
Ut prece conjuncta dentur in arce bona.

Idibus Augusti nobis est cognita vestri
Patris mors, immo gloria par merito.
Nam si pensetur quantum certaverit aut cur,
Quod vivus peciit, mortuus obtinuit.
Sed quia vos egre fertis dispendia sacræ
Mortis, vobiscum solvimur in gemitum.
Quod tamen huic digne nomen concessero, certe
Quod sit perfectus, testis adest Dominus.
Denique dum clarus multum foret ac opulentus,
Deposuit gibbum quo penetraret acum.
Sprevit opes falsas, thezaurisans sibi veras,
Quas nec diminuit fur, neque erugo terit.
O quotiens similem petet etas postera patrem
Et fluet incassum vox studiosa precum.
Si quod fas prohibet, mors evitabilis esset,
Vellemus raperet nos, et eum fugeret.
At cum naturæ, cui cessit hic, obvius ire
Nemo queat, lacrimis sit modus assiduis.
Congaudete patri, qui jam sine spe moriendi,
Vitam, quam peciit, carne solutus, agit.
Unde simul cuncti, quod solum possumus, illi
Sit requies petimus, sit decus atque salus.
Vos quoque ferte vicem nostrique apud omnipotentem
Sitis per voces continuas memores.
Verum ne lateat quæ natio talia scribat
Trajectum nutrit nos, pater Hugo regit.

Item.

Scimus quod claustri cecidit pars maxima vestri

Guifredus modico cum jaceat tumulo;
Cujus vita bonis tantis fulsisse probatur,
Fraternam requiem solverit ut moriens.
Nam petit hoc hominum mos mortem flere piorum,
Turbarique nimis dum viduantur eis.
Sed vos cum lacrimis causas removete doloris;
Pellite merores et geminate preces.
Nam liquit Martham Guifredus habetque Mariam.
At si quid restat, suppleat id pietas.
Terra venit terræ, patriæ sed spiritus almæ.
Terra redit patriæ, spiritus atque suæ.

Item.

Quod jam prelatus vester sit carne solutus,
Narravit nobis nuncius adveniens.
Quapropter vobis compassi corde, doloris
Nostri vim multis exprimimus lacrimis.
Sed quoniam sanctos mores exercuit, ut vos
Dicitis, hunc summo scimus inesse polo.
Nam quod quesivit, dum viveret hic, Deus illic
Prestat ei, variis congrua dans meritis.
Quapropter fletus deponite, pellite questus,
Parvipendentes quod caro jam cinis est.

Item.

Vestra sit ut nobis, nostri stat mencio vobis;
Fœdus mandatis, pignus et hoc cupitis.
Guifredum fletis; sublato patre doletis:
Terra suum sumpsit, nam caro terra fuit.
Cessent a lacrimis oculi; neu flere velitis;
Cum Christo solio regnat in astrifero.
Elegit vitam, spernens bonus arbiter aulam;
Subtraxit mundo seque dedit Domino.
Accepit vitam, mortem superavit iniquam;
Propterea dulcem promeruit requiem.

Item.

Fratres Canigoni, quibus est mors dura magistri,
Ne nimium mestis subdite vos lacrimis.
Cur lugetis eum, qui felix vivet in evum?
Quare non vitæ cernitis acta suæ?
Lætificat mundum requiescens arce polorum,
Exemplar vivis, palma recens superis.

Item.

Mundi luxurias imitandus respuit abbas
Guifredus, nullis subditus illecebris.
Sæpius orabat, poterat quîs subveniebat,
Postremo cunctis consuluit miseris.
Sed pro magnificis sortitus premia factis,
Qua primum venit, nunc patriam repetit.
Quæsumus hinc, fratres Christo patrique fideles,
Pellite mesticiam, sumite læticiam.
Mandastis vester posita quod carne magister
Corpore defunctus nunc micet eximius;
Inde quidem lætas Domino persolvimus odas,
Qui sese in propriis magnificat famulis.
Porro mortalis quia distat opinio summis,
Utile quod scimus quodque decet facimus.
Fundimus ergo preces, animæ pia dona petentes,
Scilicet ut vivat cum Domino et valeat.

Item.

Abbatem vestrum dixit fore morte gravatum
Vester legatus, quod graviter ferimus.
Sed vos nullus ob id dolor aut metus occupet : ut quid
Vos fleretis ei quem tenet aula poli?
Certe si fecit quod eum fecisse doletis,
Non est ambiguum quod teneat precium.
Nam quamvis tellus fragiles consumpserit artus,

Est tamen in regno spiritus æthereo.
Versus in fidei dotem hi sunt o te ducenti[1].

110. Aquis.

Kanigonis fratres, quos servat regia sedes,
Atque lavantur aquis perpetuo calidis,
Nobis vestra sicut, vobis sit oratio nostra.
Guifredo tales solvimus exequias.
Virgo salus mundi, clero spetialis Aquensi,
Poscimus hunc nato conciliare velis;
Advenisse tuas monimentum dominis[2] ædes
Sentiat exultari[3] spiritus in Domino.

111. Hos incolæ Godesberhc mittunt versus, siti in Aquensis regiæ sedis confinibus.

Ut sic vos nostri, memoramur nos quoque vestri.
Sponte bona fiat gemitus quod cordis adoptat
Martyris Alberti grex, sede nutritus Aquensi,
Parvus, et a pago modicum porrectus agello.
Ut vos, ablatum patrem dolet orbe Guifridum.
Ast vernam Domini quis flendum censet haberi?
Ni dolor est, animum nil cernitur esse dolendum.
Terra putrit, corpus cinis est in matre redactus;
Est animæ jubilum, propria cum sorte bonorum.
Hinc lacrimæ manant; hinc juste gaudia surgant.
Ferre libet Domino precis organa cordis abimo
Pro requie patris vestrumque salute fidelis.
Idem pro nobis memores nostri faciatis.
Vos prece Martynus, nos servet martyr Albertus.

Item.

Omnes justicio cordisque gravamur abimo

1. Il faut sans doute rétablir ainsi la fin de ce vers : « octo ducenti.»
2. Il faut peut-être lire : « nominis. »
3. La véritable leçon doit être : « exultans. »

De patris interitu, principis et gemitu.
Sed cur flendus erit, quem virtus tanta sacravit?
Miles erat factus, inde fuit monachus;
Armaque tyro tulit, post pacis fœdera nectit,
Deque lupo mitis factus habetur ovis.
Jam meror abscedat, jocundum triste repellat.
Corpus terra tenet, quæ sua novit habet;
Spiritus in Domino, quoniam fuit ejus origo,
Plaudit, quodque suum jam repetit proprium.
Morte capit vitam, mundi vitavit erumnam.
Martham deseruit, atque Mariam adiit.
Exequias animæ tantum exsolvemus ubique,
Pro nobisque parem sepe referte vicem.

112. XIIII kalendas decembris [1], venit portitor vester ad limina beati Petri, apostolorum principis, ad locum que appellatur Psalmodium cenobii, jamque celebratur missa pro defunctorum nomina. Poscimus itaque sublimitatem vestram ut quod impe[t]rari vestris supplicamini, non dedignemini impendere nostris. Nomina quoque eorum illi sunt nota qui eorum animas sancxit et corpora. Valeat almitas vestra semper in Christo.

113. Kanigonis sancto famulans grex Bartholomeo
Salve fraternum, vivere perpetuum.

Legia.

Per mortis sortem quibus exitus imminet idem,
Hortatur pietas fundere nos lacrimas.
Horret quam mundus, meritorum conscia, virtus
Corpore seclusos tollit in astra pios.
Explevit numerum Wifridus Christicolarum;
Terra tegit terram, summa fovent animam.

1. 18 novembre 1051.

Dum Saulum vixit prius, hic tanquam leo sevit;
Post referens Paulum, diluit omne malum.
Mutavit mores, mundi dum vitat honores;
Alter ut est habitus, defremit huic animus.
Christi post nonam quem vinea suscipit horam,
Cum primis recipit premia quæ meruit.
Martir adesse sibi jam cepit, dum, Benedicti
Amplectens baculum, deposuit gladium.
Illius formam gestans, regit optime normam;
Cujus agendo vicem, participet requiem.
Hoc equidem tanto viduata caterva patrono,
Dulces continuas funeris exequias,
Nos quoque multorum lugemus funera fratrum :
Luget Watonem Legia pontificem,
Persolvit tumulis sua debita gleba Johannis;
Quorum percurris carmina, prefuit is.
His patribus tantis, carnali tabe solutis,
Dum petimus requiem, vos resonetis : amen.
Cum prece nos vestris, vos ferte juvamina nostris.
Casus utrinque patet, planctus utrosque juvet.

114. Fratribus namque insistentibus in dominicalibus laudibus, alternatim Deo magno laudes referentes in jubilo, advenit portitor hujus diplomatis ad limina eximii Juliani, martiris, ubi domnus Stephanus preesse videtur prepositus, denuncians lugubre funus suorum fratrum. Nos autem, ut audivimus, flexis poblitibus, Deum, procuratorem cordium, exoravimus ut hoc dimittat a vestris fratribus quod caro fragilis commisit, suadente antiqui hostis. Nos namque humiliter precamur ut identidem pro nostris faciatis quod pro vestris petitis : domnus Gurandus aba, Geraldus levita, Audbertus sacerdos, Uvo sacerdos, Armandus sacerdos. Valeat almitas vestra per secula cuncta.

Omnis de nihilo fluxit mortalis origo ;
Omne quod est et homo profluit ex medio ;
Ortus quadrifido componitur ex elemento,
Occumbensque solo, conditur inque polo.
Ora Wifrido pia lucis gaudia caro :
Occasu mesto debita solvit humo.
Ordine quem certo manet atræ mortis imago,
Os aperi Domino, votaque funde, peto.
Obnixe nostro, lector, precor, annue voto,
Orans pro sotio, funde preces Domino.

115. Quos Martinus alit, benedictio larga tonantis
Augeat, exaltet, foveat semperque gubernet :
Corde pio pariter quod poscunt Floriacenses.
Parcite jam lacrimis, vultum serenate doloris,
Qui pietate patris nunc fletibus ora rigatis,
Quod sua Guidfredus fatalia debita solvit.
Flere necem fuerat, gemitus si nosset amara,
Sed gravat et cunctos equali cuspide pulsat ;
Involvit minimos, gaudens submittere celsos.
Ob quam rem vacuas quid prodest flere querelas?
Is celebris fragiles pro Christo sprevit honores :
Quare cum Domino nunc vivit in æthere puro.
Membra solum servat ; cœlum sed spiritus intrat.
Sed non mortalis quisquam vivit sine culpis :
Ergo Deus cœli, qui fert contagia cosmi,
Mundatum culpis policis conjungat amicis.
Reddite vos alacres quod vestris fecimus omnes.

Odo monachus, et Odo monachus, Ebrardus monachus, Odolricus monachus, Excelinus monachus, et Excelinus monachus, Vincentius monachus, Arderadus monachus, Ildegarius monachus, Constancius monachus, Johannes monachus, Tetgerius monachus, Alcherius monachus, Ymo abba, Berengerius monachus. Obiit Arnaldus abba, Oggerius monachus, Helgrudus

monachus, Letaldus monachus, Lambertus monachus, Bernuinus monachus, Hilarius monachus, Odo monachus, Andreas monachus, Stephanus monachus, Aimericus monachus, Ansedeus monachus, Gauterius monachus, Bernardus monachus, Oriolus monachus, Arsias monachus, Landricus monachus.

Sic memores memorum pro nobis poscite Christum
Qui pariter famulos ducat ad astra suos. Amen.

116. Adhletae Christi, Dyonisii concio clari,
Martini famulis, æterne gaudia lucis.
Inceptos, fratres, propellite corde dolores,
Quod lacrimis nullus redit ex Acheronte remissus,
Insuper ac homines hec debita sors manet omnes.
Credentes nobis, sed quod pro posse valetis
Auxilium precibus vestris impendite prorsus,
Ejus ut etherea flatus lætetur in aula.
Cujus participes ploratus atque sodales
Gratanter vestris et solvimus ut petiistis;
Nostris et talem petimus reddi talionem :

Dagoberto regi, Karolo imperatori, Rodberto regi, Willelmo abbati, Viviano abbati, Alberto abbati, Herveo monacho, Giroldo monacho, Airardo monacho, Odulrico monacho, Bertrado monacho,

Et quorum Christus rex novit nomina solus.

117. Fhœbus jam hocciderat et hocasum petiverat dum portitor hujus diplomatis pervenit ad valvas sancti Martini Ambertensis. Nos autem cum obitum audissemus domni Wifredi, statim preces a Domino fudimus. Fratrum nostrorum nomina hec sunt: Asterius, Stephanus, et ceteri plures, quorum scit Deus nomina qui creavit omnia. Valete.

118. De sancto Johanne in Leodico.

Mors vitæ meritis, quæ sit, perpenditur omnis :
Tunc mala succedit, dum scelus antevenit.
Hunc autem vestrum, quem constat crimine purum,
Ultima lux superis jussit inesse choris.
Nil igitur lacrimis sors est obnoxia talis,
Qua pius accepit præmia quæ meruit.
Sed quoniam justis est dispar splendor ut astris,
Hunc fieri Phœbum poscimus ante Deum.

119. Phœbo ad alta conscendente, percelebrantibus fratribus horam diei primam, affuit gerulus vestrarum litterarum porte Broniensis cœnobii, nuncians nobis obitum patris Guifredi. Nos vero clementiam summi opificis illico implorare studuimus, quatinus, omnipotentis Dei auxilio fretus, cunctas possit evadere pœnas inferorum. Vestram autem paternitatem precamur omnimodis, quo misericordiam impendatis nostro patri defuncto Raginero abbati, ut vestris orationibus adjutus valvas scandat aulæ caelestis, et omnes fratres nostros orate notari in albo beati ordinis.

120. Legia.

Gallia nos imos et habet Germania primos,
Amborum neutrum, nos et utrumque sumus.
Cuspide Dodonis, prohibet dum stupra sororis[1],
Martyr Lambertus hic jacet, hic colitur.
Qui sumus, his actum; sententia quæ sit, agendum.
Ergo piis humiles reddimus hæc lacrimis.
Haud venit in dubium nihil hoc pro patre gemendum;

1. Le manuscrit porte : « strupa. » Sur les motifs attribués au meurtre de saint Lambert par Dodon, voy. les Bollandistes, sept., V, 539 et s.

Nil illi votis, nil opus est precibus.
Divitias sprevit, mundi contempsit honores,
Postposuitque domum, pignora, conjugium;
Hoc minus est visum : se protinus abdicat ipsum,
Et cruce prælata te Dominum sequitur.
Quis lances post busta ferat, quis pocula fundat;
Sese mactavit, hostia viva fuit.
Immo, beate pater, carnis jam carcere liber,
Qui tenebras nescis, pace pia frueris.
Tu prece terrenæ dubio certamine pugnæ
Usque laborantes tu pietate juva.
Ut modo fraternum pro te solemur amorem,
Debita funeribus vota precesque damus.
Que debet contra dilectio proxima solvat :
Wazonis memores, presidis eximii.

Item.

Mesta cohors Legiæ fraterno luget amore,
Sed siccant madidas gaudia vera genas.
Mæret amor carnis, sed ridet spiritualis;
Mors fera nos turbat, sed pia spes hilarat.
Defunctum mundo, speramus vivere Christo,
Qui lucra magna sibi credidit esse mori.
In strictum lata monachus descendit ab aula,
Atque suus primum se negat esse suum;
Despexit comitem, mundum contempsit amantem;
Primo militiæ, post decus ecclesiæ.
Non hunc ventosi revocavit gloria mundi,
Non gemme, domus, predia, castra, dapes.
De domino servus, pauper de divite factus.
Cervicem flexit regula quo voluit.
Et quia post mestum sic nil valet hostia bustum,
Omnia premisit, se simul ipse dedit.

Item.

Lugetis magnam viduati patre ruinam;

Nos simul et vestris compatimur lacrimis.
Participant fratres hos, fratrum more, dolores;
Fundunt et gemitus carnea corda pios.
Sunt autem certe quæ dent solatia causæ,
Tersuræ luctus ulcera pectoribus.
Desiit usque comes mundi tolerare labores;
Ad monachos properat, quos stola prima beat.
In requiem membris en exit vita solutis,
Gemma velut conchis, grana velut paleis.
Quod dedit, hoc repetit; hæ[c] cœli regia sumit;
Vertuntur sordes corporis in cineres.

Item.

Non vos defuncti perturbet casus amici :
Est cinis in cinere, spiritus in requie.
Terra suum quod erat, caelum quod majus habebat;
Illa suum corpus, astra tenent animam.
Transiit ad requiem Vuifridus, amabile nomen,
In qua lætari, qua sine fine frui[1].

Item.

Si sapimus rectum, non est de morte dolendum,
Quæ parit ad vitam, cum venit ipsa viam.
Iste satis dives, voluit quia vivere pauper,
Jam requie gaudet, donaque mille tenet.
Fratres, non igitur fratris casus doleatur,
Omnes sed caveant ne titubando cadant.

Item.

Jam longos questus, miseros jam ponite luctus :
Dum tenet hæc tumulum pars, petit illa polum.
Quod vitale fuit potius post funera vivit;
Funereos artus mors habet interea.

1. Ces trois distiques se retrouvent plus bas, dans le titre de l'abbaye d'Aniane, n. 131.

At tuba terribilis dum jam ciet ossa sepulchris,
Quæ nunc est tumuli pars erit ipsa Dei.

Item.

Questus et miseras secludite corde querelas;
Cessent, o fratres, lacrimæ longique dolores;
Non vos dilecti turbet mors sancta Vuifredi :
Hic etenim supera cum Christo regnat in aula.
Qui vivens vixit, vitam sine crimine duxit,
Sprevit spernenda, mereatur ut ipse petenda.
Quod petiit fruitur, electus cultor habetur.
Hanc ob rem solitos, hortor, deponite planctus,
Sed fratrum totus fluat in nova gaudia cœtus.
Ille quidem gaudens optat gaudere dolentes
Participesque suæ vos fore letitiæ.

Item.

Ne possint elegi mea fletibus ora rigare,
Luctificum mutate stilum, musæ mihi caræ.
Flent reliqui tristes; me[c]um gaudete, camenæ,
Cœlestis siquidem congaudet turba choreis,
Fataque scribendi mecum solatur amici.
Olim miles erat; quod fecit dicite miles :
Summus erat patriæ, leges et jura tueri
Summa Dei pietas regno previderat illum;
Alter ei nullus, placuit dum militis usus;
Aurea sed postquam vitæ sententia mores
Attulit, et longe sese idem jam fuit alter,
Libertate frui cupiens et liber haberi,
Omnia contempsit, mundique caduca negavit,
Pauperis et Christi vestigia mente secutus.
Exulis in morem, secli contempsit amorem,
Conspicua cujus civis sp[l]enderet in aula,
Inter glorificos regni cœlestis alumnos,
Hunc, musæ, legio mecum deducite cantu;
Misistis, fratres, vobis solatia demus;

Lætitia longos lacrimarum claudite rivos :
Vivus enim vobis solvit mortalia jura.

Item.

Est eadem nobis quæ vobis causa doloris,
Est idem luctus, par dolor et gemitus.
Deflet adhuc tristem Wazonis Legia mortem,
Ecclesiæ qui lux, imperiique decus.
Ne tamen a vestro pietas discreta dolore
Nostra vacet, plangat, compatiensque gemat,
Wifredi semper repetemus amabile nomen ;
Nostro Wazoni nam fuit is similis.

Item.

Jam, precor, assiduos lacrimarum claudite rivos,
Pellite jam curas pro casu patris amaras :
Is nam lætitia fruitur vitaque superna;
Illic non luctus, curæ, gemitusque dolorque;
Congaudent animis sancti felicibus illic,
Unde magis gaudere decet quam morte dolere.

Item.

Wifredi casus vos sic deflere dolemus,
Et lacrimis lacrimas jungimus ecce pias.
Poscimus ut vestris noster dolor adsit in hor[i]s,
Et lacrimæ nobis sint, et utrisque dolor.
Presulis eximii Wazonis lumine cassi,
Vos quoque Wifredi, par fuit his meriti.
Sed tamen est melius lugubres ponere questus :
Nam qui nunc vivunt, gaudia vera petunt.

Item.

Interitus carnis non poscit justa doloris,
Vitæ conditio quam trahit arbitrio.
Pulvere nata caro solvit sua debita læto;
Spiritus a superis sumpta revexit eis.

Est corruptibilis felix privatio carnis,
Incorruptibilem quæ dat habere vicem.
Vivit enim vere quem mortis nulla secundæ
Jura manent; solas spes habet hæc animas.
Credimus et Christi carnem de carne beari,
Quam secum victor vexit ad astra sator.
Claudite jam gemitus, tristes secludite planctus;
Siccentur lacrimæ, spes jubet hoc veniæ.

Item.

Ob mortem fratris cedant monumenta doloris,
Preceptum Domini verum cum constet haberi,
Addictam vitæ carnem qui jussit obire,
Ut primum vetitam temere sibi sumpserat escam.
Solamen magnum[1] modo sed tenet ordo nepotum,
Ut capiat requiem, Christi sibi sanguine partam.
Cœlica Wifridus repetens, et terrea linquens,
Amplexatur, habet, vivus quod mente cupivit.

Item.

Membris exutus, naturæ jura secutus,
Cœlitus inductus, mundana sorde solutus.
Nescit Wifridus baratri quantum calet aestus.
Quocirca, fratres, lacrimas ponamus inanes.
Hic non flere pium potiusquam fundere fletum,
Nam lætus gaudet læto, quem tristis abhorret.

121. Item de sancto Jacobo.

Ambitur caulis Jacobi quæ contio sacri
En deitatis ope solari Canigonenses.
Naturæ cessisse patrem gemitis quod herilem,
Nos, eadem passi, questus lacrimasque ciemus.
Sed pietatis opus arcet de pectore luctus,
Justitio tali fertis cum feria(?) multis,

1. « Imaginum, » dans la copie.

Ut sobigant mente florent quæ marcida cosmi,
Divitias oneri reputent, et dura saluti.
Quod bene perpendens Wifredus, stemate fulgens
Nobilium, trutina sese libravit in æqua,
Nam contempsit opes, fastus, fasces et honores,
Ut decus ecclesiæ sit divæ satrapa vitæ.
Quocirca gemitus cessent et inania. Victor
Non sit morte miser, lætus que[m] suscipit ether.
Nos igitur memores justæ condebita Læthes
Solvimus, hæc nostris censentes jure rependi :

Baldrico episcopo, Olberto abbati, Reimundo, Godefrido, Arnulfo, monachis.

Legia nos nutrit, Jacobus et apostolus unit[1] ;
Et monachi monachis libamus vota salutis.

122. Cunctus sanctorum venerandus grex geminorum
Conpatitur vobis, dolet et de morte magistri.
Mors sed seva reum spernit, quæ nec neque justum;
Ut tulit hunc sibimet, secum si[c] nos feret omnes,
Hæc quia nec lacrimis, precibus neque flectitur ullis.
Civibus et tamen hunc superis confidite junctum,
Pro quo tot Domino mittantur munera Christo.
Vestris quod petitis, petimus [nos] hoc quoque nostris :

Odolrico videlicet, Lugdunensium archipresuli et preposito nostro, Albulfo presbitero, Bernardo diacono, Hældrado presbitero, Unberto.

123. III kalendas decembris[2], adfuit horum lator apicum nostri cenobii Tomeriensis, qui est consecratus in honore sancte Dei genitricis Mariæ et sancti martiris Poncii, nuncians lamentabile fratri[s] vestri vel principis Wifredi funus. Pro cujus requie solita officia per-

1. Le ms. porte : « apl'simul. »
2. 29 novembre 1051.

agentes, precamur obnixe ut ipsum nostris vos non pigeat inpendere defunctis : Poncio abbate, Trugerii monachi, Poncio monacho, et aliorum nomina quorum Deus s[c]it. Preest vero ipsi loco venerandus abba Judramnus. Valeat honor vester jugiter. Amen.

Celica sceptra tenes, cœlorum conditor et rex,
Cunctaque [quæ] celi spaciis conclusa videntur.

124. Dominis patribus simulque fratribus, pusillis cum majoribus, consistentibus in cenobio almi Martini presulis, confessoris Christi, Kanigonensis, Johannes, licet indignus monachus et abba, atque grex pusillus sancti Laurentii Cerritaniensis monasterii, æternum regnum et gaudium sempiternum. Volumus vobis innotescere quod die dominico post gloriosam nativitatem domini nostri Jhesu Christi advesperescente, IIII kalendas januarii[1], venit portitor hujus rotuli, deferens nobis funus lamentabile domni Wifredi, comiti[s] vel monachi bone memorie, quod jam noveramus, et ejus animam pro posse Deo commendaveramus. Quem nos libenti animo suscepimus, et continuo, quamvis indigni preces et sacrificia propitiatori Domino obtulimus, ut eum Dominus dignetur ab omni vinculo delictorum absolvere, et inter agmina sanctorum collocare. Nos autem suppliciter obsecramus fraternitatem vestram quomodo de vestris misericorditer facere poscitis, pro nostris salubriter hac religiose agere studeatis, ut partem obtineant beate ressurrectionis, vitamque eternam mereantur habere in celis. Valete, et in vestris orationibus nostri mementote.

1. 29 décembre 051.

Nomina autem patrum et fratrum predecessorum nostrorum vobis designare curavimus, et in hoc volumine ita inpressimus : VI kalendas junii obiit domnus Poncius, monachus et inclitus abba ; Raniefredus monachus, Migo monachus, Seniofredus monachus, Willelmus monachus. Nomina istorum et aliorum multorum, quorum si sunt incerta nobis, Deo tamen sunt manifesta, qui omnia condidit.

125. Est in Arvernensi locus hac regione sacratus, qui claret honore Salvatoris summi, almique martiris Austremonii pontificis, monachos quoque continet catervam nobili prosapia.

Ad quod cœnobium devenit portitor almum,
Indiculi vestri, Yciodorum, funera monstrans,
Pro quibus altitronum, communi famine, regem,
Prostrati petimus, adipisci premia vitæ.
Obliqua[m] quoque nos deposcimus oracionem;
Auribus in vestris sonet hæc patefacta voluntas.
Obsequium Domino pariter solvatis apertum,
Pro sociis nostris humana morte solutis,
Ut quos verbigenæ propria de carne redemit,
Adjuti tantis precibus tantoque labore,
Securi valeant valvas penetrare supernas.
Sic vestri simul et nostri, mereantur ad unam
Quam Christus sanctis tribuit, transire coronam.
O quisquis functo qui das lamenta Wifredo,
Ora lava, queso, daque preces Domino.
Omnes luctifero reddemus membra sepulcro,
Orta sub hoc mundo conditione caro.
Omnis aqua divo compactus et æthere limo,
Omnia reddit homo, nil habet ex proprio.
Ortus ut oceano sol claudit (?) tendit hibero,
Ortus sic et homo semper amicus humo.

O quicumque triplo legis hec mea carmina circo,
Ora, dic Domino : da requiem famulo [1].

126. Item de sancto Petro ex titulo.
In nomine Π et Y et A et Π A Γ K. Amen.

Quid certo certis certi certamine statis
Kanigoni ! vultis certa movere necis.
Quod plorant elegi, sed non est turpe videri :
Haud inhonesta movent, quod pia corda dolent.
Vobis annuimus, quod et alternare velimus.
Alternis facimus, quod petitis dabitur.
Mortuus est, vivet; cecidit qua parte, resurget.
Jam modo jam vivit, mortuus ante fuit.
Quidquid enim fuimus, quidvis mutando perimus.
Commutes aliquem, si fore [2] cessat idem.
Non potuit quantum posset, dum vivus obiret;
Vita dedit mortem; mors dedit et requiem.
Non sua turba Petro procumbimus usa patrono,
Et precibus nostris, his aderit lacrimis.
Vobis Kanigoni nos assumus eptagonati,
Quis natura suam non negat arte viam.
Principe canonico, studii Wazone magistro,
Hunc super addendum quidquid erat hominum.

127. Item. Signum sancte Crucis.

Ordine vivendi labuntur sæcula mundi,
Et veterascit, abit, quicquid in orbe fuit.
Quæ vitam subeunt, finem patiuntur et absunt.
Mors proba cum reprobis lexque severa metit.
Eheu ! quid mentes species peritura fatigat?

1. Ces dix vers sont écrits sur des lignes formant trois circonférences concentriques. Ils commencent et finissent tous par la lettre O. Les dix publiés plus haut, p. 105, et dont le premier commence par les mots : « Omnis de nihilo, » offrent une disposition analogue.

2. « Forte, » dans le manuscrit.

Invitans refugit, non capiendo capit.
Hæc te Wifridum non falsa fefellit imago,
Ut suadet credi nuncia fama tui.
Certa paras dubiis, mutas æterna caducis,
Heredem rerum dum facis esse Deum,
Exiles turbas miserorum semen adoptas,
Hos credens natos, hos et amans socios,
Postponis steriles, vivos lucraris honores,
Dum comitem magnum provehis in monachum.
Te ceu compertum naturæ sorte sepultum,
Invidet orbato mors inimica solo.
Sed quibus exequiis patris decorare sepulchrum
Possumus, humanos re superante modos.
Concedant elegi mortem simulare dolendo;
Nulla querela patrem fletibus hunc revocet.
Vivit enim, vivit, vitæ defunctus adhesit;
Sordibus exutus, luce poli fruitur.

Item.

Kanigoni, fletis, ceu persuadet caro vobis;
Cur ergo fletis, qui bene rem sapitis?
Sortitur celsos fera mors, sortitur et imos:
Non est cui pareat; corpora cuncta necat.
Æternam requiem Wifridus habet, neque mortem
Umquam gustabit, quæ mala semper erit.
Parcite jam vobis; ne longum, queso, fleatis,
Cum vivat Domino, transieritque caro.
Vos nimios planctus trahitis; nos flere valemus,
Wazo quos docuit, mors et eum rapuit.
Debita pro vestro fundemus vota Wifredo.
Vosque patris memores, fundite, queso, preces.
Solamen vobis tribuamus, vos quoque nobis;
Lætemur pariter; est simul his requies.

Item.

Nil alat genitum, quod vitet tempore casum:

Sic decus arboreum ligna sequendo cadunt.
Hac si[c] lege regit pater is qui cuncta creavit,
Post species varias mundus ut ipse ruat.
Quæ sua sunt hominis, quid habet mors ipsa doloris,
Si facimus totum, pars habet ipsa suum.
Quisquis enim cautus morti putat esse propinquus,
Is quoque divino se dedit imperio.
Prudenter fecit mutans peritura futuris,
Mammona dives ei predia vera tulit.
Orpheus hic tigres domitando trucesque leones,
Lege sub abbatum rexit ovile suum.
Et quia se primum domuit vitale tropheum,
Sic leo factus ovis, fit quoque dux aliis.
Præcedens nobis vitæ specimen reseravit,
Exilium justi carnea forma fuit.
Quapropter, fratres, vanos cohibete dolores :
Vivit enim, mortis sed caro preda fuit,
Plaudite plaudenti, convivite conmorienti;
Nenia cessabit, mors nichil in superis.

Item.

Quem vos flere juvat, Wifridus in æthere regnat;
Ecce videt sanctos, alloquiturque pios.
Vos autem fletis ex consuetudine carnis,
Quæ fragilis nimium postulat auxilium.
Consiliumque rogat, quæ cum desunt sibi plorat,
Hic vobis aderat qui dedit atque dabat.
Castra, dapes habuit, et predia cuncta reliquit,
Atque dedit vobis ut Domini famulis.
Hoc nichil est visum, tandem se tradidit ipsum;
Hæc planctus pietas elicit et lacrimas.
Inde preces assint; lacrimæ, luctus procul absint;
Vota, preces, fletus non petit hos gemitus.
Mortuus est mundo vivetque in sæcula Christo.
Hic non sunt fletus, gaudia sunt potius.

Ex animæ requie certi nos possumus esse.
Sit nobis eadem, jure petemus idem.

128. Item de sancto Laurentio.

Publica quam montis via prefert Leodicensis,
Contio Laurentii martyris ignicremi,
Kanigoni dominis et fratribus auxiliaris
Auxilii mentem, tum deitatis opem.
Job vestrum patres fraterno corde dolentes,
Vobiscum lacrimas fundimus et preculas.
Has natura pio de pectoris exprimit antro;
Debitus ast illos suadet amor, pietas.
O nihil immotum, nihil omni parte beatum;
Cuncta fluunt pariter; aret ut albus ager.
Quod fieri recipit, recipit quandoque perire :
Ossa, medulla, caro, tum perit omnis homo.
Et quæ spes miseris? Christus via, vita, salutis
Auctor, pro nobis qui sua se posuit.
Hinc cesset gemitus, Guifredo pauca loquamur,
Consolemur eum alleviando metum.
Ille quidem regni perfusus luce superni,
Gaudet, et obsequiis vult tamen his redimi.
O venerande pater, sed patrum maxime princeps,
Vere pro meritis nostro Habrahæ similis,
Uxorem, natos, gazas postponis, et isto
Naufragus e mundo, litoris in bivio
Deveheris, nec te tua mens subtraxerat a te;
Sed qui cuncta trahit, te quoque traxit in his.

Item.

Pone modum lacrimis, plebs anxia funere patris.
Ut quid in inmensum crescit dolor? Aurea cœlum
Lux vestri decorat Guifredi, quem Deus ornat
Stemmate pro meritis. Vitæ mutatio felix !
De comite hic monachus, magnum de cœlibe sydus.
Spes nostra hoc sperat; devotio jugiter orat.

Contio sancta, vale. Nostri, petimus, memorare,
Accipe solamen ; tueatur te Deus. Amen.

Item.

Quod domnus moritur, quod flebiliter tumulatur,
Non nihil attriti compungimur hinc memorari
Ulteriora viæ, cunctorum conditione.
Quocirca dabimus quod lance pari repetamus.
Si quomodo nostis quia, flore fugatior omnis,
Nunc est, nunc non est, modo vergit et aret,
Ne fluitetis ob hoc, certe sibi fecit amicos,
Ut cum deficeret, quo perfrueretur haberet.
Otia tum meruit, qui summa negotia rexit.
In muris vestris quia jam subsidit habetis.
Curam nos animæ, sed vos habeatis utramque.
Nos Leodicenses montes habitamus, ut Alpes.
Vivimus assimili vestræ norma Benedicti.

Item.

Martyris assati fratres quos Legia nutrit,
Vitam cum sanctis, Kanigoni monachis.
Commorimur vestri pro tanto funere fratris,
Vitam perpetuam cui Dominus tribuat.

Item.

Kanigo, plaude satis, tanto sublimis alumno,
Astra ferens mundo, plaude satis, Kanigo.
Sint, precor, apta tibi, cœlestis tramitis index,
O Guifrede pater, sint, precor, apta tibi.

Item.

Exemplum cunctis dat pagina vestra salutis,
Patres. Dum vixit pater hic sic, sic quoque transit;
Namque suum sequitur Martinum, participatur
Et meritis modici presentis in æthere magni.
Spiritus hinc plaudat psallens Domino, caro plangat.

Item.

Compatimur fratri vestro, quasi commorituri,
Tabida quem crates conficit in cineres.
Si quid contraxit sceleris, contraxit et omnis,
Tergere concedat hoc Domini pietas.
Martyr Laurenti, proprii gregis annue votis,
Ut veniam poscas huic, petit atque rogat.

Item.

Guifredi pietas, pietas viscera tradat,
Quem petimus Domino sociari cum Benedicto.
Cessent flere sui, victurus jam bene vivit.
Cantus post lacrimas redeant, post tristia læta ;
Quod petitis petimus, Dominum pronique rogamus,
Ut sit vita, salus, vestris, nostris quoque virtus.

Item.

Commorimur vobis tanti lætoque patroni,
Militiæ ductor, Christi post legis amator,
Qui semper viguit, post carnem quique vigebit.
Christo pro nostris conferte precamina caris,
Illis cum vestris qui constet vita perhennis.
Nos regit atque fovet Laurentius archiminister.

129. Kanigoni monachis, alumpnis Martini presulis, turma apostolorum principis, loci dicti Besuæ Fontis. Christus, diræ domitor mortis, adamantinis claustris revulsis, captivitatem secum duxit captivam in arcibus superis, et certificavit quosque suorum, suis obsecundantes monitis, futuram sibi habitationem in Jerusalem, civitatem patriæ cœlestis, detenti licet corpore in arvis, qui, justa discretione æquissimi censoris, ut vita sic morte separantur a malis, cum istos æternaliter fovendos Abrahæ sinus recipit quietis, illos jugis pyri com-

burit adustio, ceu zizania divisa a granis. Proinde quem probabilis vita decorarat, et felix nunc transitus beat. Absistite, quamquam piis, flere lacrimis. Illius sancta immutatio, conversatio, sit commune omnium incitamentum religionis. Quod pro vestris karitativo animo postulastis, hoc idem suppliciter reposcimus nostris : domno Benedicto, domno Mauro, Mainerio, Vualoni, Vuidoni, Vuillelmo, Euvrardo, et aliis quos ipse solus novit cujus notitiæ nichil subterfugit.

130. Item de sancto Dionisio.

Hec Ariopagus, fratres, solamina mandat.
Si foret humanæ mors sæva indebita vitæ,
Deficeret merito, cum tot crudelia perfert,
Demere vel dirum quæ possent tempora luctum,
Precipue mundi cernens cecidisse columnam.
Sed quia tam lætum sæclo nihil utitur isto,
Quod non cogatur crudeli cedere fato,
Quid prosunt lacrimæ, gemitus, mestæve querelæ?
Si subiit mortis non evitabile limen
Guifredus, tantum carnis non utile pondus
Deseruit; veræ nunc tandem gaudia vitæ
Possidet, et meriti fert premia maxima magni :
Hoc votum fuit, hoc sua talis vita poposcit.
Gaudendum potius; tristes removete querelas.
Quis lætum mestis urgeret fletibus ultro?
Sed si quæ mundo traxit peccata, quod absit!
Diluat illa precum communis victima, fratres.

131. Kanigonensi cohorti, turma Anianensis, perennis munia pacis.

Non vos defuncti perturbet casus amici :
Est cinis in cinere, spiritus in requie.

Terra suum quod erat, cœlum quod majus habebat;
Illa suum corpus, astra tenent animam.
Transiit ad requiem Vuifridus, amabile nomen,
In qua lætari, qua sine fine frui.
Sic memores memorum pro nobis poscite Christum,
Qui pariter famulos ducat ad astra suos.

132. Concio Gellonis diva, fratribus Kanigonensis. Plerosque versibus videamus cum ludere, prosa orationeque philosofando, proposicione simul et assumcione, gestiens incognita concludere, quasi quodammodo contra kanonum scita a quibusdam arguuntur temere agere. Nos vero, prætaxati Redemtoris servuli, nec eos reprehendimus, nec temere quicquam de excessu vestri neothanati, quod soli Deo constat esse cognitum, definire presumimus, sed

Intentis precibus Christum deposcere adimus,
Ut nos pervigiles cum pingui lampade dites,
Expectare suum adventum, nostrumque supremum
Tempus perfectum, faciat, pius qui extat in evum.
Vos quoque cum vestro cœlesti vivere regno
Concedat secum sine tempore sursum.
Interea nostris vultis quæ impendere vestris,
Hæc eadem volumus semper suplicesque rogamus,

Quorum hec sunt nomina : Geraldus abbas, Geraldus decanus, Geuzfredus abbas, Austrandus decanus, Rainaldus ecclesie custos, Pontius claviger, Deusdedit, Petrus, alius Petrus, Aigmarus magister, Ingilricus, Ugo, Durantus, Ebrardus, Barnardus, Geuzfredus, Gerardus, Radulfi decani, Ariberti, Golfini, Aboni, Austrini, Aldeberti.

Nominibus reliquis non est nunc, credite, finis.

133. Titane horizonte versus jubar deducente oxypogia loca, venit gerulus vestri diplomatis ad limina beati Martini presulis Ville Magnensis et beati Maiani, confessoris Christi, nobis obitum patris vestri sive et reliquorum fratrum denuncians, pro quorum absolutione criminum, flexis poplitibus, orationes fundendo insistimus apud regem regum, cui omnia patent. Unde etiam imploramus vestram omnes ardentissimam charitatem, ut aures inspectoris omnium pulsatis, ut relictis facinoris subsellio altitonantis intronizare faciat defunctos. item nostros quorum nomina hec sunt : Guigrado abbate, Richerio abbate, Poncione abbate, Gairaldo abbate, Juliano decano, Stephano decano, Avundancio monacho, Petrone monacho, Wigone monacho, Ebrardo monacho, Sinfredo monacho, Durando monacho, Sijerio monacho, Raturfo monacho, Aigmaro monacho, Barnardo monacho, Deusdedit monacho, Petro monacho, Matfredo monacho, Barnardo monacho, Stefano monacho, et aliorum honomata fratrum, quorum nomina ille rimatur qui est cuncti patrator.

Ut valeat celsos fulgens conscendere cœlos,
Christus in æthereo defunctis premia regno,
Virgineis turmis sociati semper in astris,
Grandi[s] et perpetue capiatis premia vite.
Inter cælestes exultetis rite chatervas;
Vobis magna salus, sit perpes gloria, virtus,
Lux, via, sanctorum virtus preclara suorum.
Regna superna suis, qui dat sine fine cholonis.
Augeat in nobis longumque valere in ævum. Amen.

XX

Fragment du rouleau de Girard, moine de Saint-Aubin d'Angers.

Vers 1050.

Par suite d'une méprise difficile à expliquer, la copie que Baluze nous a conservée du rouleau de Guifred, comte de Cerdagne[1], renferme un fragment assez considérable du rouleau de Girard, moine de Saint-Aubin d'Angers, qui dut mourir vers le milieu de l'onzième siècle. Ce fragment renferme le texte ou l'abrégé d'une trentaine de titres, qui forment les n°s 72 à 102 du rouleau de Guifred, tel que nous l'avons dans le volume CVIII de la collection de Baluze.

72. Albinum sanctum grex qui colit Andecavinum,
Fratribus in Christo quibus est monasticus ordo,
Hic et in eternum consortia Christicolarum.
Unum de nobis defunctum cartula vobis
Nunciat ista, preces solitas cui reddite, fratres.
Nos quoque, multimodis oppressos cladibus orbis,
Alleviate, Deum votis placando Deorum.
Scitis enim, membrum patitur si corporis unum,
Compatiuntur ei simul omnia membra dolori.
Vos igitur nostro succurrite compaciendo,
Unde vicem vobis reddemus quando petetis.
Hinc breve rescriptum petimus titulosve locorum
Attigerit breviger quæ longe vel prope noster.

XIII kalendas octobris obiit Girardus, monachus sancti Albini.

73. Titulus sancti Mauri abbatis.

1. Voyez plus haut, p. 49.

[1] Mortis nempe mori[2] fuerat sibi jure subactum,
Vitam perpetuo captarat et ejus origo,
Dum male serpentis consensit calliditati,
Fraudis et ignarus, misera dulcedine captus,
Gustavit vetitum, pro falso nomine, pomum.
Hinc venit occasus, mortis necnon dominatus,
Quo sibimet cunctos subicit, sternit quoque leto.
Hanc nullus vitat fruitur qui luce propinqua.
Idcirco luctus pro funere sponte ponatur,
Ast animæ requies poscatur, gloria perpes,
Ut vivat Domino, vivat cum tempore longo.
Et quod nos vestris, eadem persolvite nostris.

74. Titulus Culnaldensis cenobii.

Gêraldus abbas, Guilelmus abbas, Bernardus, Durannus, Bertardus, Landricus, Guichardus, Hemeno, Bladinus, Radulfus, Guilelmus.

75. Titulus sancti Florentii Salmurensis cenobii.

76. Titulus sancti Petri Burguliensis cenobii.

77. Titulus sancti Juliani Turonensis cenobii.

78. Titulus sancte Marie Bellimontis cenobii.

Ermengardis, Hadvidis, Ingelberga, Hersendis abbatissa, Beatrix abbatissa, Berthoide, Burgisa, et cetere alie plures.

79. Titulus sancti Pauli Cormaricensis.

Ex quo per culpam paradisum perdidit Adam,
Hujus et exilii subditus est tenebris.
Mors habet hoc proprium de nostra carne tributum,

1. Il manque probablement quelques vers au commencement de ce titre.
2. « Mauri, » dans la copie.

Quam sibi subjecit morsibus illicitis,
Ut vitæ flatum, carnali compede junctum,
Invitum grato pellat ab hospicio.
De proprio fructu primum dedit hoc protoplastus,
Invidia fratris quem sibi mors rapuit,
Excluens duplicem pro fracta lege dolorem,
Excessum nati morte sequendo sui.
Hinc omni quotquot nati spiramus ab illo,
Mortalem vitam[1] ducimus in lacrimis.
Nam licet illa vetus pro tempore jam videatur,
Commovet heu lacrimas adveniendo novas.
Ergo mortales dum cognoscimus omnes,
Ponamus lacrimas spe reditus vacuas.
Flere monet pietas, ratio sed non manet ulla,
Dum quos deflemus nos pariter sequimur.
Dum caro peccabit, mors insaciata manebit,
Quiquid culpa creat donec id omne ferat.
Ultima cunctorum quos gesserit ante dolorum.
Vindex se proprio post perimet jaculo.
Tum tuba cœlestis, superis inflata ministris,
Restituet vitæ corpora nostra novæ;
Arbiter et summus, meritis condigna daturus,
Adveniens reddet cuique quod est meritus.
Sic pia sanctorum cum nubibus obvia cœlum
Agmina conscendent, ima reos capient.
Hæc ab apostolicis solacia sumite verbis,
Ipsius alma cohors quæ dedit huic rodulo,
Et memores veri quid regula poscat amoris,
Quod vobis dedimus solvite quis petimus :

Domno Rotberto abbati; Sicbaudo monacho, cujus obitus fuit XV kalendas octobris; Rotberto monacho, Didoni monacho, Durando monacho, Ulgerio monacho, qui omnes obierunt hoc anno; Ricardo abbati,

1. La copie semble porter : « retam. »

Rotberto monacho, Giraldo monacho, Odoni monacho, Petro monacho, Ruderico monacho.

80. Titulus sancte Trinitatis Belli Loci et sanctorum agminum Cherubim et Seraphim.

81. Titulus sancti Salvatoris sanctique Genulphi presulis.

82. Titulus sancte Marie Dolensis cenobii.

83. Titulus summi opificis ac ejus egregii Gildasii confessoris, Dolensis presidii.

84. Titulus sancti Menelei Minatensis cenobii.

85. Titulus sancti Austremonii Maudiacensis coenobii.

Reddidimus vobis quod cartula vestra petivit;
Noster et ordo suis eadem solamina poscit.

Obiit domnus abba Faramundus, Genesius monachus, Galterius monachus, Gulferius monachus, Petrus monachus, Petrus monachus, Guillelmus monachus, Gulcerius monachus, Guillelmus monachus, Geraldus monachus, Arnaldus monachus, Arbertus monachus, Guido monachus, Franaldus monachus, Ramnulfus monachus, Aldinus monachus, Geraldus monachus, et aliorum nomina quorum Deus scit.

86. Titulus sancti Juliani. Obiit Stephanus episcopus; Willelmus, clericus.

87. Titulus sancte Marie Avenice sedis et sancti Systi.

Quod vultis vestris, hoc tribuatis libenti animo et nostris. Obiit Baragnaldus, Petrus, Leufredus, Durandus.

88. Titulus Aniciensis ecclesie.

Pars hominis moritur ea quæ mortalis habetur,
Illi nam sorti caro debita, debita morti,
Et caro cum moritur, naturæ cura tuetur.
Set vis divina, quia spiritus est, petit astra ;
Spiritus astra petit, mundum sua si caro vincit.
Vicit et hic carnem Gerardus, carnis amorem
In cruce confixit ; cum Christo vivere duxit.
Sic nichil est, fratres, nichil est de morte dolentes,
Infra spem veniæ nichil est de morte dolere.
Set petitis vobis que debita solvite nobis.
Iste refert monacum legatus morte subagtum,
Et vocat abbatem monachis sicut dominantem,
Moribus ornatum, viciis hunc atque revulsum,
Que res nos docuit quod num[m]os querere venit.

89. Titulus sancti Agripani.

90. Titulus sancti Georgii.

Gerardus proprii persolvit debita læti,
Hunc ne plangatis, hec cum vos vera sciatis,
Ætereus civis quod jam residet super astris.
Mortuus et mundo, vixit sine crimine Christo.

91. Titulus Arelatensis aecclesiæ.

Quod petitis petimus ; date quod damus ; ergo rogamus.

Obiit Constabilis, Bernardus, Bernardus, et alii.

92. Titulus sancti Petri Montis Majoris.

Qui vici[i]s servis, timeas juga lurida mortis.
Ast expers vicii, gaudens occurrito morti.
Anguor sive labor migrabit, et omnis amaror.
Quis sine mundo nam poterit, quis ducere vitam ?
Ergo, pii fratres, desistite flere dolentes ;
Istis privatum quem constat et esse beatum.

Quod petitis vestris, eadem persolvite nostris.
Dicuntur functi, chareant ut menibus horci.

93. Cum jam in sua Titans vergeret sinistra, occiduaque peteret climata, advenit ad beatæ Virginis Mariæ sanctique apostoli Petri ostia, necnon beati martiris Romani limina hujus scedule gerulus, nuncians fratris exicia. Qui alta trahentes suspiria, condoluimus non solum fratris vestri funera, verum etiam de vestri mesticia, ideoque non distulimus peragi ex more officia, sed omnipotenti Deo obtulimus nostrarum precum libamina, et ut quivimus fratri porreximus sacra juvamina, ut eripiatur ab Averni pena, et fruatur paradisi gaudia. Obsecramus ergo et nos vestri gratiam ut pro nostris defunctis ad Deum sint vestra precamina, ut consolentur in sempiterna secula.

94. Titulus sancti Andreæ qui est situs in Monte Adeon.

Gentis conjuncte (?) omnipotentis opem.
Corpore dum vixit, recte quod novit adesit ;
Pauperibus tribuit et bona que potuit.
Christus mercedes reddat per secla perhennes.
Ora tu, lector, hic sibi progenitor,
Vivens in Domino flamine perpetuo.
Quod vultis de vestris ita reddite uostris.

Nomina monachorum nostrorum : Giso abbas, Martinus abbas, Rainoardus abbas, Ebrerdus abbas, Bompars, Arlingus, Girardus, Ricardus, Florencius, Amalricus, monachi, et alia multa nomina quorum ipse scit qui omnia condidit.

95. Titulus sancti Petri Magalonensis.

Moribus ornatus moritur modo nempe Girardus.
Quem mors dira rapit, que nil sinit, omnia carpit.
Fecit cuncta Deum quo rogitamus eum,
Ut sibi perpetuam retribuat veniam.
Mortuus est, abiit, casta caro periit.
Quod fecimus[1] vestris volumus nostris faciatis.

96. Titulus sancti Tiberii.

Fratribus cunctis hora nona diei celebrantibus, venit portitor vester ad limina sancti Tiberii, martiris Christi; nunciavit nobis obitum fratris vestri Girardi. Nos vero, ut audivimus, Dominum pro eo rogavimus. Obsecramus ergo et nos vestri gratiam ut pro nostris defunctis ad Deum sint vestra precamina, ut consolentur in sempiterna secula. Hec sunt nomina illorum : Udalgerius abba, Deodatus abba, Adoynus monachus, Arnaldus monachus, Petrus monachus, Stephanus monachus, Gairoardus monachus, Poncius monachus, et alii ceterorum plurium.

97. Biterriensis æcclesiæ titulus.

Ut vestros nostris nostros admittere vestris
Poscitis hic scriptos precibus sic poscimus istos :

Vuilelmum, Poncium, Ragnerium, Austinaum, Ysimbertum, cæterosque quam plurimos.

98. Sancte Marie Crasse titulus.

Quod vos nunc de vestris cogitis, et nos simulque de nostris, quorum ista sunt nomina : Bernardus abba, Olia monachus, Willelmus monachus, Oto monachus, Bernardus, Guadallus monachus, Raimungilus monachus, Benedictus puer monachus, Isimbertus mo-

1. Lisez « facimus. »

nachus, Amelius, Grimallus, Stephanus, ceterosque plurimos quorum Deus scit nomina.

99. Sancti Policarpi monasterii Redensi [s] titulus.

Advesperascente jam ea feria qua Christus in cruce pro mundi delicta occubuit, venit pellifer vester ad limina sancti Policarpii martiris, quæ est situs in pago Reddense, supra fluvium Rivograndis, nuncians nobis obitum fratris vestri. Et nos, ut audivimus, pro illo ad Dominum preces fungimus[1]. Precamur itaque, fratres, quod pro vestrum petitis, pro nostris agere non dedignemini, quorum ista sunt nomina : Aurucium, Sesmundum, Durandum, vel aliorum fratres quorum nomina Deus scit. Interius et exterius benedicat vos omnipotens Dominus. Amen.

100. Titulus sancte Marie Electis.

Supplicat ut fratrem Dominum, qui condidit orbem,
Solvat Electensis a penis turba fidelis,
Nomine quem nobis studio claroque notastis.
Votum consimile debetis solvere jamque
Dudum pro nostris trætra de valle vocatis[2].

Quorum hec sunt nomina : Gerallus abbas, Einardus, Bernardus, et pro omnibus familiaribus nostris orate. Valete.

101. Sancti Pauli Vallosulo.

Dominis et in Christo fratribus hujus voluminis gestantem videntibus, almi Pauli apostoli cenobio vocato Vallosulo degentes famuli, beatitudinem celestis vite. Hujus fratris Gerardi, cum prescriptis fra-

1. Sans doute pour « fundimus. »
2. Sic.

tribus in Christo quiescentibus, vitam mereantur aeternam. Simul preces dirigimus vestre presencie, ut illum Domino studeatis commendare, quo particebs fiat cum electis Dei in gloria vite eterne. Nos quoque et nostros defunctos vestris sanctis orationibus comendamus, quo et vivis salus sit a Domino et requies eterna quando cesserunt a seculo, quorum novit nomina qui creavit omnia.

102. Gafredus, gratia [Dei] abbas, cetusque monasticus sibi subjectus, sub magni principis Mikahelis archangeli cenobio Coxani degens patrocinio, gregi Andegavino sancti Albini comorans cenobio, hujus vitæ comoda et perpetuæ divina subsidia. Vestre karitati innotescimus quod gerulus flebilis voluminis vestri prima feria, incalescente sole, adiit limina nostri cenobii, indicans merorem vestri animi. Nunc ergo oramus pro nostris cladibus fundite preces, et pro fratribus carneo carcere exitis sacrificiorum placcationes, ut communiter prosint utrisque in Deo nostre orationes. Obtamus ergo ut hoc idem exibeatis nostris quod postulatis pro vestris, scilicet pro domno Oliva pontifice, pro Mirone, pro Delano, pro Seniofredo, pro Sancio, pro Oliva monacho, et juvene Guardalgaudo, et aliorum fratrum quorum nomina soli Deo cognita sunt.

XXI

Mention du rouleau de Garnier, abbé de Saint-Étienne de Dijon.

1051.

Le biographe de Garnier, abbé de Saint-Étienne de Dijon, mort en janvier 1050 ou 1051, cite le rouleau qui fut écrit pour recommander aux prières des fidèles l'âme de cet abbé. Il a même inséré dans son récit le texte de la réponse que les moines de Bèze consignèrent sur le rouleau : « Anno siquidem quo defunctus est, ad impetranda pro anima ejus orationum suffragia, canonici per Galliæ ecclesias rotulum direxeruut in quo monachi Besuenses tali epilogo responderunt....[1] »

XXII

Fragments du rouleau de Hugues, moine de Corbie.

Vers 1070.

Je conjecture qu'il faut placer vers l'année 1070 un rouleau dont les Bénédictins ont cité des fragments qu'ils avaient sans doute trouvés dans les gardes d'un manuscrit de Saint-Germain des-Prés. Il y est question d'un religieux de Corbie nommé Hugues.

Le titre composé par les moines de Saint-Maur des Fossés a été inséré dans le Glossaire de Du Cange, au mot *Rotulus*. On y remarque le nom de plusieurs abbés, dont le dernier (Gunterius) vivait en 1043.

Deux autres titres de ce rouleau ont été publiés par D. Bouil-

1. Fyot, *Hist. de St-Étienne de Dijon*, pr., p. 65.

lart[1] : l'un appartient à une église de Paris; le second à l'abbaye de Saint-Germain des Prés.

1. Grex Fossatensis, fratribus Corbeiensis, munus æternæ prosperitatis in perenni sæculo. Quod Dei charitas postulat et apostolus imperat, Hugoni patri cæterisque fratribus (defunctis).... persolvimus. Quod ergo pro illis fecimus pro nostris quoque ut faciatis, precamur : scilicet donno abbati Odoni, item Odoni abbati, Adelerio abbati, Gunterio abbati, Rainaldo monacho, Herluino monacho, Otranno monacho, Rotberto monacho, Erfrido monacho, Radulfo monacho, Firmato monacho, Gualtero monacho, Rotgero monacho, Lantberto monacho, Guasberto monacho et pro cunctis quorum nomina et merita solius Dei colligit scientia.

2. Rollifer Corbeiæ ad Parisium venit ad nos.
Est data Corbeicis justissima causa doloris,
Hugonis fratris dulci vita spoliatis;
Sed quos sic ledit tanti caro mortua fratris,
Agmina vestrorum cum sanctis, Corbeienses,
Aula cœlesti quo possint vivere semper,
Aures factoris depulsant Parisienses
Ad celum manibus sublatis *etc.*

3. Ut vivant, valeant, quos fratrum funera tristant,
Optant Germano devoti Parisiaco.
Justitiæ populis non debet dura videri
Actio, exercens illos afflictio præsens,
Quos petit æternæ requies gratissima vitæ.
Ad præsens sæva mundi lymphante caterva
Jactemur, certum nobis quod non sit inultum
Quod patimur, Christo regi si jungimur almo.

1. *Hist. de l'abb. de St-Germain des Prés*, p. 31, note

Sed quia vestratum potius resolutio fratrum
Vos conturbat, eis et nos persolvimus ipsi
Quod debebamus; quod et a vobis rogitamus
His fieri quos hic designat pennula vobis.

XXIII

Fragment du rouleau de Foucard, abbé de Saint-Amand.

1076.

Foucard, abbé de St-Amand, mourut en 1076[1]. Un fragment de son rouleau est relié en tête du manuscrit latin 2717 de la Bibliothèque impériale.

1. . . . . precibus qua poscimus iste fruatur.

Mathildis, Emma, Enna, Eufemia, Albu. . . . . Errenburgis, Beatrix, Benedicta, Lescelina.

Nostris et vestris requies et vita perhennis.

2. Titulus cœnobii sancti Michaelis Ulteris Portus.

[Compa]timur vobis mestis pro funere patris
[Omnipoten]s requiem tribuat vobisque salutem.
[Vestra tu]lit nobis legatio funera patris.
[Ultim]a mortales hæc sors sibi vendicat omnes.
[Nam cons]tat mundo certumque tenetur in isto
....æ mortis morsus non posse vitari.
....gis et custos Fulchardus, nobilis heros,
[Cum sibi com]missi curam bene rexit ovilis,
[Non est] plangendus, verum cunctis imitandus.

1. *Gallia Christ.*, III, 260.

. . . . . .

Orando nostris succur[r]ite subtitu[latis] :

Videlicet Rainerio abbati pie memori.... Beatrici comitissæ[1], Willelmo, Got.... Rotberto, Benszioni, monachis.... functis fidelibus misereatur....

3. Titulus sancti S[tephani sedis Metensis].

[Est h]omo mortalis et fletus vester inanis.
[Posci]mus ergo Deum solvat ut ipse reum.
[Sed qu]ia nullus homo valet hoc evadere nodo,
[Pro nostris] ideo solvite vota Deo.[2]

Pro domno Adelberone episcopo, Paulino . . . . . one, Rofrido, Amalrico, Hildrado, Foccone, sacerdotibus; Alberto prim[icerio]; . . . . no, Constantino, Waltero, diaconis; Conone, Berone, Godefrido, . . . Hazone, ... Unbrino..... dianis, et aliis quorum nomina scribantur [in lib]ro vite.

XXIV

Mention du rouleau de Lanfranc, archevêque de Cantorbéry.

1089.

Orderic Vital mentionne le rouleau de Lanfranc, archevêque de Cantorbéry, sur lequel saint Anselme consigna une pièce de vers hexamètres : « Compatriotæ sui memoriam heroico carmine volumini lacrymabiliter indidit[2]. »

1. Béatrix, femme de Robert, comte d'Eu.
2. *Hist. eccléS.*, l. VIII; édit. Le Prévost, III, 309.

XXV

Fragments du rouleau de Foulques, abbé de Corbie.

1095.

Foulques, abbé de Corbie, mourut le 5 décembre 1095[1]. D'importants débris du rouleau funéraire de cet abbé servent de gardes à la seconde partie du manuscrit latin 11636 de la Bibliothèque impériale. Les titres conservés ont été recueillis, les uns dans la Flandre, les autres dans le Poitou et la Guienne.

1. Titulus sanctorum apostolorum Petri et Pauli Botaville.

Anime vestrorum cum sanctis requiescant in pace monacorum. Orate pro nostris ut oravimus pro vestris, scilicet pro abbate Iterio, Dalmatio abbate, Berardo abbate, Vidone abbate[2]. . . . . .

. . . . . .

2. Titulus ejusdem ecclesiæ.

Vos qui cunctorum colitis dominum dominorum,
Noscere debetis quod Christi nomen habetis,
Christus, id est unctus, pro nostro crimine functus
Morte crucis, dira qua deletur vetus ira.
Cumque tenebamur vincti, jam tunc relevamur;
A... artem voluit dum carnis tegmine solvit.
Hic pius abbati per quem sumus edificati

1. *Gallia Christ.*, X, 1274.

2. Itier, Dalmace, Bérard et Gui sont des abbés du monastère de Savigny. Voy. Bernard, *Cartul. de Savigny.*, I, LXXXI et s. Le prieure de Bouteville (Charente, a. Cognac, c. Châteauneuf) était une dépendance de l'abbaye de Savigny.

[Conce]dat throno cœlesti vivere dono ;
Illic florescunt qui sunt et non veterascunt.
.... qui fletur abbas semper reputetur
Fulco (?), cui celi spes est qui dicitur Eli.
Fletibus iratis hoc quod vos nos rogitatis,
Nostris donare leti nolite negare.

Item.

O major mundo, clamamus corde profundo,
Peccatum dele, tocius causa medele,
Atque vetustates et nostras impietates,
Et quicquid sordis sustentat sessio cordis.
His aliisque malis Fulconi sis venialis.
Omnes electi Dominum pie cogite flecti,
Versus Uberti sunt dictatoris aperti.

Item.

Detrahe cunctorum precor, o Deus alme, rogatu
Hunc infernorum defunctum a cruciatu.

Rursus.

Hic monacus fuit egregius doctor sociorum,
Namque sibi mores dederant....
Ut fratrum flos hic fieret splendens aliorum,
Utque regens facile laudem mereretur eorum.
Unde meos socios queso simul atque magistros
Ut rogitent sibi.... veniam cum carmin....

3. Titulus sancte Marie Aquistrensis cenobii.

Anima (?) Fulconis conscendat dindima celi.
Hic (?) maneat semper cum sanctis fratribus. Amen.
Quod petitis vestris placeat persolvere nostris.

Siguino (?) abbati, Stephano abbati, Fortoni abbati[1], Martino monacho, ... monacho,

1. Les auteurs du *Gallia Christ.*, II, 878, ne mentionnent aucun abbé de Guistres, pendant le XIe siècle.

Gaucelmo monacho, Lamberto monacho, Fortoni monacho, Petro monacho, ceterisque fratribus.

4. Titulus sancti Stephani Baciacensis.

Absolve, Domine, ... ab . . . . . delictorum, ut in resurrec[tionis] gloria inter sanctos tuos resuscitatos requiescant in pace. Amen. Orate pro. . . . . domno abbate Mainardo, Gardrado abbate, Petro abbate[1], ... Johanne monacho, Constantino, Ademaro, Lamberto (?), ... , Gardrado laico, Rixendis femina[2], India femina, [et ceteris quorum]

Nomina qui solus condidit omnia [scit].

5. Titulus sancti Johannis evangeliste et beatorum confessorum M[artini] (?) et Jovini atque abbatum. . . . . .

6. Titulus sancti Winnoci Bergensis ecclesie.

Mors homini nutu Domini data sic dominatur
Ut leviter cadat et breviter vivens moriatur.
Egreditur sed conteritur quasi flos homo natus,
Et miseris restat cineris cumulus reprobatus.
Progenies tamen et species et dulcis honestas
Si faceret ne tot raperet tam seva potestas,
Consilio vigil, auxilio pius, hanc superasses;
Interitum propter meritum tibi non generasses.
Vir celebris non in tenebris Fulco latuisti ;
Perpetuo splendore tuo cunctis placuisti.

1. Aucun de ces abbés de Bassac n'est cité dans le *Gallia Christ.*, II, 1109.

2. Gardrade et Rixende, sa femme, fondateurs de l'abbaye de Bassac. Voy. *Gallia Christ.*, II, 1109.

Exterius bonus interius fraterna corona;
Vox habilis fuit et facilis cum laude sonora;
Cor sapiens, studium faciens quod erat faciendum.
Est igitur, si conspicitur res, compatiendum.
Floruerat quoque quæ fuerat tibi forma decenter,
Forma recens, sed et ipsa decens nimium reverenter.
Ille color, color ille dolor fit major amicis,
Ah totiens miseris, quotiens jactatur amicis!
Sed quid ego loquar, aut quid ego tua funera plango?
Deficio, neque proficio, dum talia tango.
Jam petimus, modo qui gemimus tua fata, reatus.
Ne noceat tibi, sed foveat tua fata precatus.
Mors abeat, tibi rex faveat, rex, vita bonorum,
Ut rutiles et ei jubiles in sede polorum.
Porta Dei, spes sola rei, rerum dominatrix,
Lux hominum sit apud Dominum tibi conciliatrix.
Cœlicolæ quos christicolæ festo veneramur,
Salvificent et clarificent te, Fulco, precamur.

Orate pro nostris fratribus, Rumoldo, Ingelberto[1], Ermengero, abbatibus; Sicboldo, Odgero, Alolfo, Meyzone, Drogone, sacerdotibus; Reyboldo, Bernoldo, Arnoldo, Idesboldo, diaconibus, et ceteris in Christo quies[centibus].

At vigeat, mala ne videat Stephanus, pius hospes
Corbeiæ, decus æcclesiæ, valeat bene sospes[2].

7. Titulus sancte Marie de Watanis.

Anima ejus, *etc.* Orate pro nostris, quia oravimus pro vestris : Ricolfo episcopo, Ofrido, Alfuino, Ri . . . . . , Reinoldo, Rodolfo, Reinero, Wicelo, Lanberto.

1. Le nom d'Ingelbert ne figure pas sur la liste des abbés de Bergues publiée dans le *Gallia Christiana*, V, 333.

2. Ces deux vers n'appartiennent peut-être pas au titre de l'abbaye de Bergues.

8. Titulus sancti Audomari .

Angelici cives, gaudete ; novus modo miles,
Pro vitæ meritis sidera Fulco petit,
Quorum civis erat, dum presens vita manebat,
Mundi jure fruens, sidera mente colens.
Fratres qui colitis Corbeiam, credite, vobis
. . . . . .

9. Titulus sancti Quintini Belvacensis.

Fratri noster amor jam solvit debita [vestro].
Cui maneat jugis requies in pace per[henni].

10. Titulus sancti Bavonis in Gandavo.

Heu Francorum decus atque decor monachorum
Unde repente ruis, Fulco, dolende tuis?
More virens floris, vir multi plenus honoris,
Vix bene florueras, umbra fugis quod eras.
Quis dolor huic similis? Puer ævo, more senilis,
Cum vitam finis, fis rosa tanta cinis.
Sic quia transisti, redimi nec ab hoc potuisti,
Sic Corbeia dolet, mater ut orba solet,
Flandria flet pro te, tanto privata nepote,
Et gemit ut vidua Francia morte tua.
Et nos devote possemus plangere pro te,
Si posses poni fletibus arce poli.
Sed tua vita cinis quia tendit ad ultima finis,
Et florum species conterit una dies,
Flos lapsi floris assit medicina doloris,
Per quem cœlorum promereare thorum. Amen.

Item de eodem.

Qui sumus aura levis, quia labilis est caro quævis,
Hinc casus juvenum cernimus, inde senum.
Sic caro, parta luto, pede quæ steterat male tuto,
Vilet, et ut vita floruit aret ita.

Hinc dolor, hinc fletus et quam fueras homo lætus
Raptus morte tuis tristior ipse luis.
Nec mora sorte pari te conspicor inproperari,
Nec mora tu nobis unus et alter obis.
Quis modus in fatis? Quis honor, quæ nobilitatis
Summa superstes erit? Mors ea cuncta terit.
Adque breves metas florens vix pervenit ætas,
Separat at tabes dulce quod, o vir, habes.
Ecce juventutis, utrum cum fine salutis
Nescio, flos cecidit, mixtaque turba gemit.
Clerus enim quales planctus, laicus quoque tales,
Hinc simul unde dolet, continuare solet.
Tu tamen, o juvenis, mortis subductus habenis,
Deponens hominem, verteris in cinerem.
Solvis et in fletus nostros ex ordine cœtus,
Ut prosit gemitus is tibi cum precibus. Amen.

Orate pro nostris domno Alardo abbate[1], Rainero, Folcaldo et ceteris.

Qui sunt defuncti vivant ut in ethere cuncti.

11. Titulus sancti Petri Aldeburgensis ecclesie.

Orate pro nostris domno Arnulfo[2] episcopo, Rodberto, Fulcranno, Aramaro, Tancmaro, Eremberto, Ringero, Erembaldo, Alnotho, Mainardo, Heramaro, Ringero, Rinfrido, Alfrido. . . . . .

12. Titulus sancti Martini Iprensis cœnobii.

Anima ejus, *etc.*

1. Le *Gallia Christiana*, V, 180, marque à l'année 1099 la mort d'Alard (*Adelardus*), abbé de Saint-Bavon. Cette date est probablement à rectifier. Alard, ne devait plus être en vie quand le rouleau de Foulques, abbé de Corbie, fut porté à Saint-Bavon, vers 1095.

2. Arnould, évêque de Soissons.

13. Titulus sanctæ Mariæ Formosellensis æcclesiæ.

. . . . . .

XXVI

Mentions ou fragments des rouleaux de Noël, abbé de Saint-Nicolas d'Angers; de Rainaud, archevêque de Reims; de Hoël, évêque du Mans, et de Johel, abbé de la Couture; d'Audebert, archevêque de Bourges; de Durand, évêque de Clermont; de Jean, évêque d'Orléans; de Géraud, abbé de Moutierneuf, et de deux abbés, nommés l'un Guillaume, l'autre Adam.

1096 ou environ.

Les poésies de Baudri, abbé de Bourgueil et archevêque de Dol, dont le manuscrit original est aujourd'hui conservé à Rome et dont une copie a été léguée par M. Salmon à la ville de Tours, renferment des fragments ou des mentions de neuf rouleaux funèbres. Je me bornerai à les indiquer en quelques mots, d'après l'édition que Duchesne[1] a donnée d'un choix des poésies de Baudri.

Du rouleau de Noël, abbé de Saint-Nicolas d'Angers, mort en 1096, nous ne possédons que le titre composé par Baudri, abbé de Bourgueil. C'est une pièce de dix-huit vers, dont il ne serait guère utile de donner une nouvelle édition.

Sur le rouleau de Rainaud, archevêque de Reims, mort en 1096, Baudri inscrivit quinze vers que je me dispense également de reproduire.

La même année 1096 vit s'éteindre dans la ville du Mans deux personnages qui occupaient un rang distingué parmi leurs contemporains : Johel, abbé de la Couture, et l'évêque Hoël. Il paraît qu'un seul rouleau fut mis en circulation pour annoncer aux fidèles la mort de l'évêque et de l'abbé : c'est du moins ce qui paraît résulter d'une pièce de vingt vers composée par Baudri.

1. *Script.*, IV, 251 et s. L'édition de Duchesne a été reproduite par Migne, *Patrol.*, CLXVI, 1181 et s.

Nous ne connaissons le rouleau d'Audebert, archevêque de Bourges, que par les vers de l'abbé de Bourgueil. Ces vers méritent d'être textuellement reproduits; on y remarquera des allusions à plusieurs rouleaux dont il ne subsiste pas d'autres vestiges. Tels sont ceux de Durand, évêque de Clermont, de Jean, évêque d'Orléans, et de Géraud, abbé de Moutierneuf, à Poitiers.

Cum velut examen rotulorum venerit ad nos,
Mortem non vitam rotulus mihi nuntiat omnis.
Nuntius ergo ferus, qui semper nuntiat illud,
Quo semper lacrymis nos impetit atque dolore.
Mortem Remensis rotulus dixit Raginaldi.
Durandi siquidem pallentes vidimus artus,
Cum nos Arvernis Urbanus papa vocasset.
Nos Cenomannensis rotulus commovit Hoelis.
Aurelianensis superest jam charta Johannis.
Si tamen abbates his adnumerare velimus,
Multos abbates rotularis pagina deflet.
Pictava Geraldum, Cenomannisque Joelum,
Andegavis vero Natalem deflet obisse.
Multos prætereo vel quos incuria tollit,
Vel quos res alias curanti oblivio demit.
Venit ad extremum rotulus de præsule magno,
Quem mihi præcipui res commendabat amoris,
Is qua promeruit duplici fulgebat honore;
Si pondus geminum, geminum dicamus honorem :
Abbas ipse Dolis, Biturix et episcopus ipse,
Sedibus ambabus præerat non ambitiose,
Ambarum domuum magis utilitate coactus,
Et domini papæ sancto moderamine victus.
Hunc Audebertum validum juvenilibus annis
Effera mors rapuit, quæ nulli parcere novit.
En mihi dat lacrymas rotularis epistola vivas.
Has lacrymas reduces faciet mea quæstio semper,
Audeberte, meo nec pectore dimovearis,
Nec, si quid valeant nostris precibus reproberis.
Vos igitur, fratres, de vobis sustituendo

Procurate viro, Biturix urbs grexque Dolensis,
Et pro defunctis offert precamina nostris,
Communemque patrem communi tangite voto,
Ut det pastori sedem super æthera vestro.
Obsecro jam parcat tam sæpe venire veredus,
Per nimios usus nimium sua verba veremur.
Vivant prælati pro quorum morte vagatur
Vultur edax corvusque niger, volitansque veredus,
Necnon bubo canens dirum mortalibus omen;
Significant mortes præsaganturque cadaver :
Sic rotulus semper mortem cujuslibet affert.
Ergo sit a nostris penitus conventibus exul,
Qui semper mortem, qui nuntiat anxietatem;
Nam si sæpe venit, nummi mercede carebit.
En Audebertum dicit mihi nuper obisse,
Et mundi solem sub nube delituisse.
Quid facies, Biturix, tanto pastore perempto?
Quid facies obito tu grex abbate Dolensis?
Arripe lamentum suffusus fletibus ora,
Ambo patrono caruistis inæquiparando.
Me quoque collegam gemitus superesse velitis,
Cujus non sapiet vehemens querimonia finem.
Participet lacrymis qui participavit amori.
Consors viventis, consors essem morientis.

Le recueil des poésies de Baudri nous a encore conservé les pièces de vers que cet auteur inséra sur les rouleaux de deux abbés, dont l'un se nommait Guillaume et l'autre Adam. Je ne sais ni à quels établissements appartenaient ces deux personnages, ni à quelle date ils sont morts, et comme les morceaux que l'abbé de Bourgueil a consacrés à leur mémoire n'offrent rien de remarquable, je me borne à en signaler l'existence.

XXVII

Fragment d'un rouleau anonyme.

Onzième siècle.

En tête du manuscrit latin 5605 de la Bibliothèque impériale est relié un fragment de rouleau sur lequel on lit trois titres fort mutilés, l'un en prose, les deux autres en vers. Il suffit de signaler ces débris, en faisant remarquer que le manuscrit dont ils font partie provient de la bibliothèque du chapitre de Châlons.

XXVIII

Encyclique sur la mort d'André, prieur de Fleuri.

Fin de l'onzième siècle.

L'encyclique suivante a pour objet la mort d'André, doyen ou prieur de l'abbaye de Fleuri-sur-Loire. Ce moine, aussi versé dans les pratiques religieuses que dans les connaissances littéraires, s'était concilié l'estime de ses frères par la sagesse avec laquelle il avait gouverné le monastère. Rien n'empêche de supposer qu'André, doyen ou prieur de Fleuri, soit le même qu'André de Fleuri, auquel nous devons la Vie de l'abbé Gauzlin[1] et les livres IV-VII des Miracles de saint Benoît[2]. André de Fleuri dut mourir dans la

1. *Vie de Gauzlin, abbé de Fleury et archevêque de Bourges, par André de Fleury*, publiée par Léopold Delisle. Orléans, 1853, in-8 de 66 p. Extrait du t. II des *Mémoires de la Société archéologique de l'Orléanais.*

2. *Les Miracles de saint Benoît, réunis pour la Société de l'Histoire de France*, par E. de Certain. Paris, 1858; in-8°, pages 173-276.

seconde moitié de l'onzième siècle. L'encyclique qu'on va lire a été copiée, vers le commencement du douzième siècle, sur le second feuillet du Ms. latin 6365 de la Bibliothèque impériale, qui a jadis appartenu à l'abbaye de Fleuri.

Cunctis per quadrifidi orbis climata passim diffusis fidelibus, quos purior unda sacri babtismatis sub christianæ religionis titulo univit Domino Jhesu Christo consotia spe ac fide, humilis cohors sanctissimi monachorum legislatoris Benedicti, commoda presentis vitæ cumque bonarum perfectione virtutum æternorum gaudia premiorum. Postquam a paradisi felicitate illud supernæ divinitatis plasma nobilissimum, quod sibi condiderat Deus mente simillimum, error abduxit devius, succubuit terrenæ maledictionis notamini, sicut delinquens protinus audivit : « Terra es et in terram reverteris. » Hinc igitur humanitatis sumpsit ærumpnosus defectus exordium, dum priscæ maledictionis tenor, velut quoddam hereditarium, adeo convaluit diductus in posteritatem hominum, ut mors suprema, auferendo universos, aevum hactenus indiscretum et indiscretam ictu eodem percellat conditionem. Porro singulare illud humanatum verbum, quod ad conterendum ejusdem mortis jus imperiosum celitus est delapsum, læti[1] necessitatem non novit; quod etsi ad oram ultro expetendo degustavit, vitio tamen naturæ minime subjacuit, quoniam deitas, hominis circumplectendo naturam, per id quod deitatis extitit peremit, immo dissolvit, quod ex inconstantia sui prevaricando humanitas admisit. Hinc est igitur illud quod dicit apostolus : « Restaurans Christus

1. Pour « lethi. »

omnia quæ in celis sunt et terra, virtutis suæ potentia, peccata condonando, sedet ad dexteram paternæ majestatis in excelsis. » Factus ergo medius et sequester filius altissimi, singulare inter Deum hominesque stabilivit commertium, sperandi scilicet et deprecandi. In hoc videlicet prerogativum speramus nos post depositionem hujus corporeæ fragilitatis in nostri prestantiori parte vicem divine promereri gratiæ; deprecandi vero in eo quod scriptum est : « Dimitte nobis debita nostra, » ut scilicet veniam ab erroris consequamur culpa. Unde exhortans apostolus ait : « Si quis, fratres mei, erraverit, advocatum habemus ad Deum Jhesum Christum, qui propitiatio est delictornm nostrorum; » sed et ipse inquit : « Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. » Ergo Dei et sanctorum patrum, patres et fratres sanctissimi, salutaribus edocti institutionibus, quibus pro invicem orare exhortamur ut salvemur, divinam non desistimus exorare clementiam, cum sacrificio nostræ redemptionis, quatinus vos, quos gratia sacræ regenerationis filios effecit sempiterni parentis, cum incremento temporaneæ pacis, heredes regni et coheredes efficiat gloriæ perpetuæ felicitatis. Quocirca nos quoque, certam in vobis habentes parilis retributionis confidentiam, plus solito efflagitamus precum vestrarum subsidia, nec solum nobis ipsis peccati adhuc corpore pressis, sed etiam his nostris defunctis qui, juxta humanæ defectionis sententiam, læti[1] solvendo debita, pro presentibus futura mutaverunt tempora. Inter quos committimus vestris

1. Encore pour « lethi. »

sanctis orationibus quemdam eximiæ recordationis ac clarissimum philosophiæ speculum domnum nomine Andream, in cunctis sanctæ religionis institutionibus liberalibusque ferme nostris temporibus adprimæ eruditissimum artibus, et qui summam nostræ reipublicæ, ut pote rerum sapiens, sapienter disponens, officio decani sive prioris fungendo, ardebat in domo Domini venerabiliter ut lucerna, quatinus cum sanctis omnibus, stola comptus inmortalitatis, visione vestri[s] sanctis precibus mereatur confoveri sui creatoris. Excessit autem pridie kalendarum aprilium die, non sine multo merore ac tristitia animorum circum adstantium fratrum. Committimus etiam duos ex senioribus provectæ etatis, quorum unus VII idus martii vocabulo Stephanus, alter vero dictus Odo IIII kalendarum ejusdem mensis, quo et ipse laudabilis decanus de quo loquimur, hominem exuerunt. Sunt et alii quorum nomina hic inseruimus, qui ex hoc erumpnoso vitæ stadio, diversis obeundo temporibus, finem sortiti sunt mundialis vitæ. Quos Deus omnipotens suæ participes efficiat gloriæ vestris orationibus! De cetero beatitudinem vestram omnipotens Dominus incolomem conservare dignetur, ad laudem et gloriam sancti sui nominis.

XXIX

Formules de titres funèbres.

Vers 1100?

Ces formules, à l'usage du monastère de Saint-Pierre de Melun, se rencontrent au commencement du Ms. latin 1691 de la Bibliothèque impériale. L'écriture paraît être de la fin de l'onzième siècle ou du commencement du douzième.

Quos simplex titulat deitatis numen et ornat,
Morte patris mestis, gaudia post lacrimas.
Quid mortis totiens casus geminare necesse est,
Atque recens vulnus crescere dum renovas?
Lex deflere vetat, cunctis æque subeunda.
Conditio mortis omnibus est similis.
Solvimus ecce patri quod vis fraterna coegit.
Nostris (Ingelberto, Adam) ergo vicem reddite vos [itidem.

Alii.

Fratribus et dominis aeternæ gaudia lucis,
Cordibus a vestris singultus ponite patris.
Hoc petimus solio valeatis scandere summo.
Debita quæ petitis nostris concedite functis (Friderico [Hugoni.)

Hi versus pro episcopo, pro abbate, pro abbatissa, pro monacho, pro clerico, pro sanctimoniali possunt scribi. Superiores non possunt nisi pro episcopis et abbatibus vel rectoribus.

Omnis ad interitum generali sorte luendum
Corpore festinat; mens pia morte vacat.

Mors, parcens nulli, cunctos æquo pede sternit,
Sed justus solido perfruitur solio.
Passus multiplices mundi statione labores
Ad cœlos remeat præmia quo repetat.
Parcite jam lacrimis, plausum donate quieti.
Fecimus absque mora monuit quod cartula vestra.
Vos eadem nostris rogitamus solvite functis (Vualterio, [Adelerio, Joselino).

Fratribus et dominis famulantibus almo *illi* apostolo (*vel* martiri, *seu* antistiti), humilis contio clavigeri Petri Milidunensis, gaudium perhenne felicitatis. Delicto prothoparentis accepimus heu lugubre donum mortis, nec vitam transitoriam transcurrere valemus, ut ad vitam sine fine mansuram perveniamus, nisi prius gustum mortis amarum carpamus. Quapropter cessate a fletu, quando nulli datur vita sine obitu. Petitum vero a vobis debitum caritatis jam expletum a nobis sciatis, similemque vicem petimus a vobis rependi nobis, nostris ut oretis pro defunctis, donno Hugone abbate[1].

Alii.

Reverendis patribus almo *illi* apostolo (*vel* martiri, *seu* antistiti) deservientibus, grex famulans clavigero Petro Milidunensis cenobii, jungi civibus ethereis. Vestris precibus sedulo prebentes obeditionem caritatis, explevimus debitum pro vestro (*vel* vestris) vita functo (functis), quod ipsi nempe petistis. Pro nostris itaque vos itidem supplicamus, scilicet Vualterio, Hugone, Oidelerio.

Susceptis a sanctitate vestra litteris apud monaste-

1. Il n'y a pas de Hugués sur la liste des abbés de Saint-Pierre de Melun, publiée dans le *Gallia Christ.*

rium castri Milidunensis in honore sancti Petri extructi, solitum licet indignæ redidimus obsequium. Quod utiquæ postulamus a vobis, ut et nostræ congregationis impendatis omnibus fratribus defunctis, Hugone, Oidelerio, ceterisquæ quorum nomina scit eorum conditor qui sua eos gratia vocavit.

XXX

Encyclique sur la mort de Bernard, abbé de Marmoutier.

1100.

Les moines de Marmoutier, en annonçant la mort de leur abbé Bernard, arrivée le 7 avril 1100, recommandent de ne point inscrire de puérilités sur le rouleau, mais d'y indiquer simplement les bonnes œuvres que chaque église aura faites pour l'âme du défunt. L'encyclique dans laquelle on remarque cette prescription nous a été conservée par Baluze[1]. Le texte en a été inséré par dom Martène dans son Histoire manuscrite de Marmoutier[2], et publié dans les *Annales ordinis sancti Benedicti*[3] puis dans le *Gallia Christiana*[4].

Omnibus aecclesiæ Dei ubicumque diffusæ filiis et filiabus, Domini servitio dicatis, conservis suis et comparticipibus spei quæ est in Christo, Majoris Monasterii fratres, mutuæ karitatis in omnibus bonis participationem. Quoniam, apostolo docente, nos omnes

1. Bibl. imp., Chartes de Baluze, pièce 326, reliée dans le vol. 388 de la collection de Baluze.
2. Ms. latin 12878, f° 360.
3. V, 668.
4. XIV, instr., 75.

qui Dominum Jhesum confitemur, si fidem nostram male vivendo non mortificamus, membra corporis ejus, quod est æcclesia, esse didicimus : cum autem patimur unum membrum, cetera commembra oportere compati, eodem insinuante, non ignoramus. Vobis commembris nostris ut nobis compatiamini, sicut ratio caritatis exposcit, orbitatis nostræ importabilem passionem nunciamus. Orbati sumus etenim patre nostro Bernardo, viro admodum venerabili, utpote vere, quod primum est, catholico, dulci, sapienti, pio, et ut quid de eo sine errore sentire debeatis breviter pendamus, actu et habitu vere religionis et sanctitatis reverendo. Unde absque dubitationis hesitatione confidimus quod ei sit præclarus quietis locus in sanctorum beatifica mansione præparatus. Sed quoniam nullum ita circumspecte vel elimate vivere in hujus erumnosæ carnis mortalitate, cui nichil mundanæ contagionis inhæserit, et probatissimorum sanctorum exemplis et divinæ scripturæ testimoniis cognovimus, ei aliquid carneæ rubiginis, quod purgatoriis pœnalibus sit expiandum, ex parte aliqua inhæsisse formidamus. Hinc est quod petimus, in quo a vobis piæ compassionis adjutorium postulamus, scilicet ut ne forte propter aliquam carneæ fragilitatis maculam januam debitæ quietis ad tempus purgationis ei contigerit obfirmari, vos orationum vestrarum clavibus et piarum oblationum impulsibus impetretis festinantius aperiri. Rogamus etiam ut pro nobis communem omnium exoretis creatorem, quatinus ad beneplacitum suum vivere, et nos regere faciat patris defuncti successorem. Et quoniam pius pater noster vir sanctæ severitatis fuit, et non solum verba peccatricia, sed

et vana et scurrilia, et quocumque modo inutilia exosa habuit, et ab auditu suo, quantum potuit, rejecit, sanctitatem vestram precamur ut versuum nenias et derisiones, quæ, potius quam prosint defuncto, facientibus accumulant damnationem, ab hac charta summoveatis, tantumque simpliciter locorum vestrorum nomina, et quid pro defuncto patre nostro et pro nobis feceritis annotetis, ut quid etiam nos pro vobis debeamus facere cognoscamus, sicque præceptum apostoli Jacobi complentes : « Orate pro invicem ut salvemini, » ad salvatorem nostrum nos mutuis orationibus pertrahamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto unus, beatus et beatificans Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Obiit autem hic piissimus pater noster anno ab incarnatione Domini MC, indictione VIII, epacta VII, concurrente VII, [VII] idus aprilis, in ipsa hebdomada Paschæ, sabbato quod est in albis, in ipso diei exortu, tanquam qui de tenebris egrederetur ad lucem.

XXXI

Extraits du rouleau de saint Bruno.

1101.

Le rouleau de saint Bruno nous est connu par l'édition qui en a paru à la suite de la Vie du même saint, imprimée à Bâle vers 1515. Cette édition est loin d'être complète, puisqu'on en a systématiquement retranché l'indication des morts que chaque église

recommandait aux prières des fidèles[1]. Elle a été reproduite par les Bollandistes[2]. Je me bornerai à relever le nom des établissements dont les titres ont été conservés.

Saint Bruno est mort le 6 octobre 1101; son rouleau fut présenté à l'abbaye de Cormery le 1er novembre 1102.

1. Titulus fratrum Montis Amati.
2. Fratrum Fisciclensis cœnobii.
3. Rangerii, Brunonis discipuli.
4. Sancti Frigiani Lucensis ecclesiæ.
5. Ecclesiæ Placentinæ.
6. Monasterii sancti Sepulchri.
7. Ecclesiæ sancti Martini de Petra.
8. Clusini cœnobii.
9. Sugusiensis ecclesiæ.
10. Præposituræ Ulciensis.

Nos humiles fratres sancti Laurentii Ulciensis ecclesiæ, quæ alio nomine Plebs martyrum vocatur, etc.

11. Ecclesiæ Gratianopolitanæ.
12. Eremi Cartusiæ prope Gratianopolim.
13. Fratrum Casæ Dei subtus Curnillionem prope Gratianopolim.

Nos fratres et servi servorum Casæ Dei habitantes in cellula Beatæ Mariæ, quæ alio nomine dicitur Cornelio, et est vicina eremo Cartusiæ, etc.

14. Fratrum sancti Ruffi in costa Sancti Andreæ.
15. Athanacensis cœnobii Lugduni.
16. Majoris ecclesiæ Lugdunensis.
17. Sanctæ Mariæ Blesensis.

1. Les listes de morts existaient sur le rouleau original. Le titre de Saint-Léger de Préaux y fait une allusion formelle :

Brunoni dedimus quod debitus exigit usus,
Vos et idem nostris persolvite subtitulatis.

2. *Acta sanctorum, oct.*, III, 736.

18. Sancti Petri Cluniacensis cœnobii.

19. Sancti Romani de ecclesia Lugdunensi archidiaconi.

20. Sancti Vincentii Cabillonensis ecclesiæ.

21. Sanctæ Mariæ Belv[ac]encis ecclesiæ.

22. Sancti Anthonii Conteiensis.

23. Sancti Petri Carnotensis.

24. Sancti Dionysii prope Parisios.

25. Sancti Germani Parisiensis episcopi.

26. Sancti Maglorii Parisiensis.

27. Sancti Petri Fossatensis.

28. Sanctæ Crucis sanctique Faronis Meldensis.

29. Sancti Petri Casiacensis cœnobii.

30. Ecclesiæ sanctæ Mariæ Carnotensis.

31. Versus scholares.

32. Sanctæ Margaretæ cœnobii.

33. Sanctæ Mariæ Novi Monasterii.

34. Sancti Benigni Divionensis.

35. Sancti Stephani Divionensis.

36. Sancti Petri Besuensis.

37. Sanctæ Mariæ Castellionensis.

38. Lingonensis ecclesiæ episcopi.

Robertus, Lingonensis ecclesiæ episcopus, rogabat ejusdem ecclesiæ canonicos et sacerdotes, monachos, eremitas, in episcopatu Lingonensi Domino servientes, ut orent pro anima charissimi magistri sui Brunonis, et eleemosynas pauperibus largiantur, memoriamque obitus sui, in quibus poterit ecclesiis, scriptam observari faciet.

39. Sanctæ Mariæ Molismensis.

40. Sancti Michaelis Tornodrensis cœnobii.

41. Sancti Germani Autisiodorensis.

42. Sancti Stephani Autisiodorensis.

43. Sanctæ Mariæ et sancti Johannis Reomensis cœnobii.

44. Lamberti, abbatis Pultariensis.

Ego frater Lambertus, Pultariensis monasterii ex necessitate apostolicæ obedientiæ servus et procurator exiguus, hujus eximii magistri Brunonis in litteralis doctrinæ scientia a primordio meæ conversationis de seculo in eruditione catholicæ conversationis et veræ religionis discipulus, etc.

45. Sancti Petri Aremarensis cœnobii.

46. Sancti Petri Trecorum.

47. Sancti Petri Insulæ Germanicæ.

48. Sancti Stephani Catalaunensis ecclesiæ.

49. Sancti Petri cœnobii de Monte.

50. Sancti Basoli.

51. Sanctæ Mariæ Remensis metropolis.

52. Sanctorum martyrum Sergii et Bacchi Andegavensis.

53. Sancti Petri cœnobii puellarum.

54. Sancti Symphoriani martyris in urbe Remensi.

55. Ecclesiæ sanctæ Trinitatis.

56. Sancti Dionysii Remensis.

57. Sancti Remigii, Francorum apostoli.

58. Sancti Nicasii Remorum archiepiscopi.

59. Sanctorum martyrum Timothei et Apollinaris.

60. Sancti Bartholomei apostoli in Monte Or.

61. Sanctæ Mariæ Laudonensis.

62. Monialium sancti Johannis Baptistæ.

63. Sancti Nicolai de Saltu Vedocii.

64. Beatæ Mariæ Noviandi.

65. Ecclesiæ Suessionensis.

66. Sanctorum Medardi et Sebastiani Suessione.
67. Sanctæ.... Blesensis.
68. Sancti Karileffi Blesensis.
69. Sanctæ Mariæ Bernaci.
70. Sanctæ Crucis Aurelianensis.
71. Abbatis sancti Joannis Suessionensis cœnobii.

Dilectis, etc. Petrus, sancti Johannis Suessionensis canonicorum regularium humilis abbas, etc.

72. Sancti Symphoriani martyris Belvacensis.
73. Sancti Quintini Belvacensis.
74. Sancti Luciani, Belvagorum apostoli.
75. Sancti Fusciani de Sylva.
76. Sancti Petri Corbeiæ.
77. Sancti Quintini Vermandensis.
78. Sancti Petri Lehunensis ecclesiæ.
79. Sancti Fursei Peronæ.
80. Beatæ Mariæ Alrenensis ecclesiæ.
81. Sancti Petri Durcurtensis ecclesiæ.
82. Sancti Salvatoris Aquiciensis cœnobii.

Ego Aimericus, hujus prætitulati cœnobii abbas, etc.

83. Cœnobii Marceniensis.
84. Sancti Amandi Elnonensis ecclesiæ.
85. Sancti Petri Islensis ecclesiæ.
86. Sanctæ Mariæ Mecinensis ecclesiæ.
87. Sanctæ Mariæ Formosellensis ecclesiæ.
88. Sancti Donatiani Brugensis ecclesiæ.
89. Sancti Nicolai Meltensis ecclesiæ.
90. Titulus sancti Petri Pictavis.
91. Beatæ Mariæ Pictavis.
92. Sancti Hilarii Pictavis.
93. Sanctæ Radegundis Pictavis.

94. Beatæ Mariæ ac sancti Cypriani martyris.
95. Sancti Joannis evangelistæ Pictavis.
96. Sancti Petri Virsionensis cœnobii.
97. Sancti Martini Pleni Pedis.
98. Sancti Maximini Miciacensis cœnobii.
99. Sanctæ Mariæ Parisiorum.
100. Sancti Petri Resbacensis.
101. Sancti Petri Latiniacensis.
102. Sancti Petri Neocastrensis.
103. Sanctæ Trinitatis Falesiæ.
104. Sancti Gervasii ejusdem loci.
105. Sanctæ Mariæ Tornacensis.
106. Sancti Petri Blandinensis cœnobii.
107. Sancti Leodegarii martyris.
108. Sancti Bavonis in Gandavo.
109. Sanctæ Mariæ Convatrensis in Anglia.
110. Sancti Audomari episcopi.
111. Sancti Pauli apostoli Lundoniensis.
112. Sancti Petri Cassellensis ecclesiæ.
113. Sanctæ Mariæ Atrebatensis sedis.
114. Sancti Vedasti Nobiliaci cœnobii scholæ.
115. Titulus sanctæ Mariæ Morlivensis ecclesiæ.
116. Sanctorum Petri et Augustini, Anglorum apostoli.
117. Sancti Edmundi regis martyris.
118. Sanctæ Mariæ Spalingæ, ecclesiæ sancti Nicolai Andegavensis.

Religiosis fratribus in loco qui Turris appellatur Deo devote famulantibus, Lambertus abbas et tota congregatio sancti Nicolai, salutem et dilectionem....

119. Sanctæ Mariæ ecclesiæ Lincolniensis.
120. Sanctæ Mariæ Eboracensis.

121. Sancti Petri Eboracensis Angliæ metropolis.
122. Sancti Joannis archiepiscopi Beverlacensis ecclesiæ.
123. Sancti Petri Castrensis ecclesiæ.
124. Sanctæ Mariæ et sancti Adelmi Malmesberiensis ecclesiæ.
125. Sanctæ Mariæ Rothomagensis ecclesiæ.
126. Sanctæ Trinitatis Rothomagi.
127. Sancti Leodegarii.
128. Sanctæ Mariæ Pontileviensis.
129. Sanctæ Mariæ Baiocensis ecclesiæ.
130. Versus scholares ejusdem urbis.
131. Sancti Georgii ejusdem urbis.
132. Sancti Stephani.
133. Sancti Vigoris Cerasiaci cœnobii.
134. Sanctæ Mariæ Constantiensis ecclesiæ.
135. Versus scholares ejusdem.
136. Sancti Michaelis de periculo maris.
137. Sancti Petri Casalis.
138. Sanctæ Mariæ Lonleii cœnobii.
139. Sancti Juliani Cenomanensis.
140. Sancti Vincentii Cenomanensis.
141. Beati Juliani de Prato.
142. Sancti Mauricii sedis Andegavensis.
143. Sancti Florentii Glanniensis cœnobii.
144. Sancti Nicolai ejusdem urbis (Andeg.).
145. Sanctæ Mariæ Dolensis cœnobii.
146. Sancti Michaelis Eremi.
147. Sanctæ Mariæ Lucionensis...., domino Reginaldo abbate imperante.
148. Sancti Petri apostoli Maliacensis.
149. Sancti Vincenti cenobii Noliensis.

150. Schola ejusdem [1].

151. Sancti Pauli apostoli Cormaricensis.

Dominis et fratribus meis Deo omnipotenti in monasterio sanctæ Mariæ de Eremo quæ Turris dicitur servientibus, Mainardus, uti mundo, frui Deo. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo secundo, kalendis novembris, suscepi rotulum istum..... Mainardus, inquam, ego in Cormariensi monasterio monachorum plurimorum nomine non opere prior, Remorum civitatis oriundus fui, domini hujus Brunonis aliquot annis doctrinam audivi...

152. Sancti Salvatoris mundi sanctique Gildasii confessoris Dolensis.

153. Sanctæ Mariæ Tropeiensis ecclesiæ.

XXXII

Fragments du rouleau de Hugues, abbé de Saint-Amand.

1107.

Hugues I, abbé de Saint-Amand, mourut le 8 septembre 1107 [2]. Le rouleau qui fut écrit à son intention a été livré aux relieurs. On en retrouve huit lambeaux dans les gardes de plusieurs manuscrits de Saint-Amand, aujourd'hui déposés à la bibliothèque de Valenciennes. M. Mangeart, dans son *Catalogue des manuscrits*

1. Les éditeurs du rouleau de saint Bruno n'ont peut-être pas fait attention à la véritable place de ce titre, qui me paraît devoir appartenir à une ville épiscopale, peut-être Angers, ou du moins à un monastère plus important que celui de Saint-Vincent de Nieul.

2. *Gallia Christ.*, III, 261.

de Valenciennes[1], a publié ces fragments, mais sans songer à les rapprocher les uns des autres. On y distingue vingt-sept titres, dont plusieurs sont mutilés. Les titres 1 et 2 sont dans le Ms. 42 de Valenciennes[2]; les titres 3-8, dans le Ms. 79[3]; les titres 9-15, dans le Ms. 148[4]; les titres 16-21, dans le Ms. 155[5]; les titres 22-27 dans le Ms. 162[6]. La plupart de ces pièces appartiennent à des établissements situés en Picardie, en Champagne et en Bourgogne. J'en donne des extraits d'après l'édition de M. Mangeart.

1. Titulus sancti Nicholai de Saltu.

.....[Letb]aldo abbate, Hugone, Petro, Odone [priore], Tetbaldo, ...no, Johanne, Tetbaldo et ceteris omnibus.

2. Titulus sanctorum Medardi et Seb[astiani et Gr]egorii Suessionensis.

3. Titulus sancti Memmii primi Catalaunensis episcopi.

.... Orate pro nostris David abbate, Philippo episcopo et abbate[7], Girberto decano, Cunrardo cantore, et pro ceteris omnibus.

4. [Titulus. . . . . .]

....diaconibus; Ravano, Themnolfo, conversis; ...ca, Clarambolldo, Rodberto.

5. Titulus sancti Audomari.

1. Paris et Valenciennes, 1860, gr. in-8.
2. P. 42 du *Catalogue* de M. Mangeart.
3. Ibid., p. 67.
4. Ibid., p. 131.
5. Ibid., p. 138.
6. Ibid., p. 147.
7. Philippe de Champagne, évêque de Chalons, qui ne figure pas sur la liste des abbés de Saint-Menge. *Gallia Christ.*, IX, 944.

6. Versus scolar[i]um.
7. Titulus sancti Bertini.
8. Titulus sancti Petri Cathalaunensis.
9. Titulus sancti Petri Kabilonensis cœnobii.

Oremus. Fac, quæsumus, Domine, etc. Oravimus pro vestris, et vos itidem curate inpendere nostris, videlicet pro donno Aiglaldo, Stacteo, Ricardo, Wichardo, abbatibus[1]; insuper et pro donno Girbaldo, gloriosissimo præsule[2], nostri loci reparatore, Marcello monacho, et Aymone monacho, Otaldo monacho, Bertranno monacho, Manerio monacho, Richardo monacho, Hilario monacho, item Hilario monacho, Rodulfo monacho cantore, Gauceranno monacho cantore, Widone monacho, Falcone monacho, Richardo monacho, et pro familiaribus, Rodulfo videlicet, Odo, Bertranno, Bernardo, Tabaudo, Uberto, Bernardo, Duranno, Umberto, Hugone et pro Helisabet monacha.

10. [Titulus. . . . . .]

11. Titulus sancti Richarii Pontium.
.... Odoni, Leotardo, Galtero, ceterisque aliis.

12. Titulus sanctæ Mariæ Rotomagensis ecclesie.
Anima ejus, etc.

13. Versus cujusdam discipuli.

Si contristarer contristandoque gravarer,
Huic nil prodesset, michi sed forte noceret.
[Sed] contristarer sibi si prodesse viderer.

1. Ces abbés ne sont pas mentionnés dans le *Gallia Christ.*, IV, 962.
2. « Gerboldus, » évêque de Chalon au neuvième siècle. *Gallia Christ.*, IV, 876.

14. Memoria Cluniacensis cœnobii in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli dicati.

Si ratio dictaret vel usus deposceret, possemus et nos metrificare et hanc pellem versibus implere; sed quia superfluum esse videtur et inutile dinoscitur, breviter monemus, dilectissimi, sanctitatem vestram ut carmina metrorum vertatis in luctum sanctarum orationum. Et sicut nos pro requie patris vestri Domino obtulimus suffragia precum, ita et vos pro nostris defunctis reddatis illi vota placabilium obsecrationum, quorum quidem nomina non annotavimus, quia pene innumerabilia sunt. Christus Deus noster det illis requiem sempiternam. Amen.

15. Titulus sanctæ Mariæ et sanctorum Valeriani atque Philiberti Trenorchiensis cenobii.

Anima ejus requiescat in pace. Orate pro nostris, pro Petro, Ardagno, Guilelmo, Giraldo abbatibus; Vulrico, Guilelmo, Rotberto, Bernardo, Frotgerio, Pontio, Garino, Otgerio, Stephoca[1], Galterio, Heudo, Fulcherio, Ansedo, Rollanno, Gerardo, Pepino, Rannulfo, Gaufredo....

16. Titulus sancti Stephani martyris Meldensis ecclesiæ.

17. [Titulus. . . . . .]

18. [Titulus. . . . . .]

....Donno abbate Alaldo, Heriero, Gotranno, Guarino, Balduino, Ingelberto, Bernardo, Albrico, Guil-

1. Ainsi porte l'édition de M. Mangeart.

lelmo, Gualberto, Arnulfo, Aleaumo, Geraldo et ceteris omnibus.

19. Titulus sancte Crucis sanctique Faronis episcopi et confessoris.

Anima ejus, etc. Orate pro nostris, Landrico, Johannes, Hugone, abbatibus[1]; Alveredo, Hugone, Wibaudo, Radulfo, Balduino, Rainaldo, Adamo, Helberto, Otgerio, Gunone, Gaufrido monacho[2], ceterisque defunctis nostris, quorum nomina sint in libro vitæ.

20. Titulus sancti Petri Latiniacensis.

Anima ejus, etc. Orate pro nostris, scilicet pro abbate Herberto, Rotgerio abbate, Rodulfo abbate, Arnulfo abbate, et pro fratribus Rainelmo monacho, Gisleberto monacho, Wandelberto monacho, Ivone monacho, Stephano monacho, Balduino monacho, Teoderico monacho, Hunfredo monacho, Serloni monacho, Evrardo monacho, Rainoldo monacho.

21. Titulus sancti Laurentii Aurelianensis.

Anima ejus, etc.

22. [Titulus. . . . . .]

23. [Titulus Altvillarensis cœnobii.]

Orate pro nostris, Nochero abbate, Goderando abbate; Jocelino abbate, Norjoldo[3] abbate; pro presbiteris Balduino monacho, Milone monacho, Gyrardo monacho, Hugone monacho; pro diaconibus Johchelino,

1. Ces mentions peuvent servir à améliorer la liste des abbés de Saint-Faron, qui est très-défectueuse dans le *Gallia Christ.*, VIII, 1692.
2. Lisez « monarchis. »
3. « Horioldo, » dans l'édition de M. Mangeart.

Gyrardo, Bartholomeo, Bonardo, et pro ceteris omnibus.

24. Titulus sancti Salvatoris Virtensis cenobii.

25. [Titulus. . . . . .]

Orate pro nostris, donno Florico abbate, Rainerio, Ingelfrido, ceterisque omnibus fratribus.

26. Titulus sancti Salvatoris Hamensis ecclesiæ.

Anima ejus, etc. Orate pro anima domni Geraldi abbatis, primi pastoris nostri, pro ceteris fratribus nostris, Eustachio videlicet, Sarewardo, Gonduino ceterisque omnibus.

27. Titulus sancti Vindiciani pontificis de Monte Sancti Eligii.

Anima domni Hugonis, etc.

XXXIII

Fragment du rouleau de Guillaume, abbé de Fécamp.

1107.

Orderic Vital donne de grands éloges à une pièce qu'Adelelme, religieux de Saint-Germer de Flay, avait composée en l'honneur de Guillaume de Ros, abbé de Fécamp. Cette pièce, dont Orderic nous a conservé quelques vers, faisait certainement partie d'un rouleau funèbre, puisqu'au dire de notre historien, elle arracha des larmes à plusieurs de ceux qui lurent les titres écrits sur le rouleau de l'abbé Guillaume[1].

1. « Multi legentes rotuli titulum pie fleverunt. » *Hist. eccles.*, l. XI; éd. Le Prévost, IV, 271.

XXXIV

Encyclique sur la mort d'André, abbé de Chezal-Benoît.

1112.

André, fondateur et premier abbé du monastère de Chezal-Benoît, mourut le 21 janvier 1112. L'encyclique qui fut composée pour recommander son âme aux prières des fidèles, nous a été conservée sur un feuillet de parchemin écrit au douzième siècle, que dom Anselme Le Michel a recueilli et qui fait aujourd'hui partie du Ms. latin 13090[1]. Cette encyclique a été publiée par d'Achery[2] d'après le fragment même qui vient d'être indiqué.

Universis sancte ecclesie filiis, precipue clericis, religiosis et ortodoxis necnon fratribus monastice professionis et degentibus secundum regulam beati Benedicti, quin etiam sanctis mulieribus regulariter viventibus, pusillus grex sancti Petri Casalis Benedicti, salutem, pacem, gaudium, felicitatem perpetuam. Quamvis sanctam ecclesiam per diversarum regionum loca constet esse divisam, tamen, testante sancto Spiritu in canticis, est una in fide. Dicitur enim in eisdem canticis : « Una est columba mea, una est perfecta mea. » Unde, cum aliquod de suis membris ab hoc seculo nequam eripitur, supplicando, deprecando, flagitari debet a sponso suo, videlicet Domino nostro Jhesu Christo, quatinus servum suum promisse hereditatis coheredem faciat, et in superna

1. F. 78.
2. *Spicil.*, in-f°, III, 462.

celesti ecclesia cum hymnidicis choris illum gaudere et tripudiare jubeat. Hac igitur universali sentencia ammoniti, fratres karissimi, pro domno Andrea, abbate nostro, fratre vero vestro, piissimas aures omnipotentis Dei nobiscum pulsare satagite, quatinus cui devota mente servivit, dum spiritus menbra vegetavit, inerere menbris corporis a vita destitutis perpetualiter valeat. Hic etenim beatus vir anno ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo XII°, indiccione quinta, XII° kalendas febroarii, explevit naturæ jura, mortis persolvens debita. Pro cujus anima fundere Deo preces non sit vobis desidia, quia illum credimus regnare in celesti gloria, et pro nostris excessibus supplicare Deo in superna curia. Iste etenim vite ammirabilis, cilicinis vestibus et laneis post cunversionem suam [super] propriam carnem semper usus fuit; eandem quoque multis macerans jejuniis, XX et VIII annis quadragesimalem vitam duxit. Preterea pietate, misericordia, caritate ineffabili plenus, multis subvenit egenis, quibus consilium, quibus auxilium, quibus refugium fuit. Primus quoque abbatiam nostram que vocatur Casale Benedictum construxit, pluresque cellulas sibi subpositas, scilicet Corneliacum, Contras, Altaria, Sanctum Benignum, Beescam, Polinas, Sanctum Anianum, Cambonum, Talviniacum[1], in quibus locis duntaxat pro Dei amore monachos sub norma beati Benedicti victuros et divinæ pietati cotidiæ militaturos coadunavit, quos verbis divinis spiritualiter et temporalibus cibis corporaliter, prout potuit, pascere non

1. « Salviniacum. » D'Achéry

destitit. Sepe etiam cum fratres paupertatis honere nimium gravarentur, non habentes unde humanam naturam ut deceret reparare valerent, iste, non ad modum mercennarii, sed ad similitudinem pii et boni pastoris, semetipsum periculo mortis tradens, pro eorum utilitate, non solum per loca vicina mendicando ibat, sed etiam mare transiens in Anglicam terram pergebat, unde gratia Dei cum ornamentis pluribus et marcis argenti redibat, quibus eclesiam suam honorifice decorabat et fratrum suorum inopiam sustentabat. Clericos vero, tam pauperes quam divites, et laicos prædicando, ut mundum cum suis delectacionibus derelinquerent et religionis habitum susciperent, hortabatur; quibus si rerum deesset copia, unde indumenta non possent sibi emere ad religionem pertinentia, libenter, gratulanter, properabat amministrare propria. Quid per singula referam? Omnibus fere quibus potuit, nulli nocere volens, proficere studuit. Cui mos inerat celebrando missas cotidie se in holocaustum Domino mactare; quin etiam multociens, totum ex ordine psalterium legendo, offerre Deo antequam cibum sumeret conabatur. Hec pauca super vita pretextati bone memorie viri ad edificacionem vestram huic rotulo scribendo commendavimus, cetera, ne dileccioni vestre fastidium generent, relinquentes, que gratia largiente divina in nostris voluminibus dictando reservare desudabimus. De tanti patris obitu nos inconsolabiliter lugentes, non parem, non similem nos ulterius habentes, lacrimabiliter pietatis vestre oculis, fratres karissimi, supplicamus, et supplicando caritatem vestram, per eam que invicem est fidem vestram adque nostram,

obsecramus, quatenus, sicuti supra taxavimus, pro ejusdem patris requie et pro defunctis nostris scilicet Ulgerio, Geraldo....[1]

XXXV

Encyclique sur la mort d'Eudes, évêque de Cambrai.

1113.

Eudes, évêque de Cambrai, sentant sa fin s'approcher, se retira dans l'abbaye d'Anchin, où il mourut le 19 juin 1113. Les religieux de cette maison prirent soin d'annoncer la mort du prélat par l'encyclique suivante, dont les Bénédictins[2] avaient trouvé le texte dans deux manuscrits d'Aulne et de Tournai.

Aquicinensis cœnobii humilis congregatio, omnibus qui salutis suæ solliciti sunt, salutem in Domino. Salutem, dilectissimi, vobis mandamus, quatinus orationibus vestris de tristitia quæ nos premit relevari mereamur. Heu, amara mors, quæ fratres dividis et dissocias amicos, unde tibi hæc potestas? Post crucem Christi quis hæc tibi restituit? Certe ille te prostravit, ille devicit, qui dudum per prophetam tibi minabatur : « Ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne. » Si ergo mors Christi tibi nocendi vires ademit, quomodo eos mori cogis, quos ipse semper victuros secum de morte redemit. Ejus etenim

1. La fin n'a pas été copiée sur le feuillet recueilli par D. Anselme Le Michel.

2. Cette encyclique a été publiée par Martène, *Thesaurus anecdotorum*, V, 855.

verba in evangelio sunt hæc : « Omnis qui credit in me non morietur, et si mortuus fuerit vivet. » Sed forte dicet aliquis : « Quale principium dedit adveniens? Quorsum ista? » Credite, fratres et domini, ad quos ista pervenerint, quia non infidelitas sed meror animi hoc a nobis dicendi extorsit initium, et quasi in mortem fecimus invectionem, licet sciamus exitum de hoc sæculo justorum in scripturis appellari somnum vel dormitionem, unde psalmista ait : « Cum dederit dilectis suis somnum, » et Dominus in evangelio : « Non est mortua puella, sed dormit. » Verumtamen nobis imperare non possumus quin doleamus quando domnum Odonem, Cameracensem episcopum, qui nuper apud nos de hoc mundo recessit, ad mentem revocamus. Gravi etenim detentus valetudine, dimisso episcopatu, Aquicinctum se deferri fecit, et quantum ecclesiam nostram in vita dilexisset in fine demonstravit. Hic dum viveret nobis pater erat consilio, mater pietate, amicus beneficio; nec mirum si desiderium præsentiæ ejus nequimus sustinere, quibus contigit præsentis vitæ solatium amisisse. Nostram quippe non illius vicem dolemus, quia nos, adhuc inter laqueos hujus seculi incedentes, eum ad meliora evasisse credimus. Credimus, inquam, quia cum justis modo lætus decantat : « Sicut audivimus, ita vidimus in civitate Domini, » et cum Moyse ammiratur dicens : « Transiens videbo visionem hanc magnam. » Magnam nunc certe Dei habet videre visionem, qui cum esset in corpore, non suam, sed illius dilexit voluntatem. Quis autem virtutes quas possederat digne valeat enunciare? Quid potius in eo lau-

dare? Si patientiam, si benignitatem, si humilitatem ejus prædices, quicquid dixeris minus erit. Ita in singulis eminebat, quasi ceteras non haberet, et ut quotidianam ejus vitam tritis et communibus verbis breviter edisseram, mitis erat affatu, dulcis alloquio. Nihil illius severitate lætius, nihil lætitia severius; gravitatem morum vultus hilaritas, hilaritatem vero vultus morum gravitas temperabat. Mentiri et jurare aut nesciebat aut nolebat. Linguas quoque adulantium seu detrahentium prudenter cavebat, et utrumque genus hominum velut pestes animæ animo fugiebat. Contra illas sepiebat aures suas spinis, ne audiret linguam nequam. Contra istos scriptum esse sciebat : « Verba adulatorum mollia, feriunt autem interiora ventris. » Nulli malum pro malo reddebat, vel maledictum pro maledicto, et quasi agnus inter lupos missus morsum malitiæ non habebat. Providebat bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ut sine offensione præesset ecclesiæ quam gerebat. Apostolicæ etiam doctrinæ gratia refulgebat, et quantum in se erat tam verbo prædicationis quam optima morum institutione a sæculo revocabat. Inter harum insignia virtutum castitatem in eo laudare superfluum puto, cujus vita etiam ante conversionem pro continentia quam habebat omnibus fuit exemplo, et quod in primis dicendum fuit, sed non omnia dicere institui. Eo quoque tempore, id est ante conversionem, ut ad priora redeam, ita totus in libris erat, quasi nullam se crederet habere requiem, nisi eum quem in exercitio scripturarum arripuisset laborem. Erat quippe fundatus grammatica, ornatus rhetorica, armatus dialectica, et his studiis indesinenter

eum occupatum multa turba discipulorum sequebatur, qui ad famam tanti viri undique congregati ejus disciplina sitiebant informari, magisterio erudiri. Hic forsitan aliquis remoraretur et diceret quam ardentis fuerit ingenii, quam tenacis memoriæ, quam temperatus jam tunc in moribus, in verbis sobrius, in doctrina sollicitus, in disputationibus cautus, in solvendis quæstionibus promtus : tanta denique in scholis ejus quies, tanta pax inter discipulos, et vitæ compositio per ejus disciplinam habebatur, ut non tam magister litterarum quam episcopus animarum merito posse dici videretur. Postquam vero libri beati Augustini de libero arbitrio et vera religione in manus ejus venerunt, statim mutatus in virum alium, cœpit odire quæ dilexerat et diligere quæ prius oderat. Jesu bone ! Quanta hominis mutatio ! Fit in pauperes Christi rerum distractio, cibi et potus abstinentia, carnis maceratio, et omne studium quod in sæcularibus disciplinis insumserat, in veram convertens philosophiam, de discipulis socios fecit, exemplo sui et doctrina multos convertit, et postmodum, relicto foris clerico, monachus effectus, monasterium quod dicitur ad Sanctum Martinum Tornaci construxit. Ab omnibus qui per eum vel cum eo mundum reliquerant in abbatem eligitur, consecratur. Multa prætereo, quia ad alia festino. Tunc vero quasi lumen in regione illa visum est oriri. Populus enim ad ejus prædicationem convertebatur. Inter conjugia utriusque partis fiebant sancta divortia, patres a filiis et filii a parentibus gladio verbi Dei dividebantur; omnes, sicut in tempore apostolorum, in commune afferebant pretia eorum quæ possederant, juvenes ac virgines, senes

cum junioribus, certatim hujus seculi sarcinam projiciebant, et quasi jam de hoc mundo non essent, nudi ac leves ad cœlum volare gestiebant. Civitas eorum quasi carcer eis esse videbatur, monasterium paradisus. Ipse autem omnibus omnia factus, infirmis infirmus, sanis robustus apparebat, et quasi omnium pater esset, sic omnium ex animo curam gerebat. Heu humanarum rerum incerta provisio! Lætis principiis affuit tentatio, et sathan, qui etiam inter filios Dei affuit, expetiit eos ut cribraret sicut triticum. In hoc loco quiescat scorpius arcuato vulnere venena detractionis infundere, et ad calumniam tanti viri non referat, quod quidam, dimisso sancto proposito, ad seculum redierunt, si Christum non audet reprehendere quod multi discipulorum ejus abierunt retro, et jam cum illo non ambulabant. Parcat unusquisque linguæ, parcat animæ suæ, nequissimum vitium quasi novissimum diaboli laqueum nitatur evadere. Nam pauci sunt, ut etiam de religiosis taceam, qui ita irreprehensibilem exhibeant vitam suam, ut non libenter reprehendant alienam. Quid multa? Tantam lucernam Christus sub modio latere non patitur, sed per Dei gratiam, ut omnibus qui in domo ejus sunt luceret, ad episcopatum Cameracensis ecclesiæ assumitur. Tunc vero quanta qualisque vita ejus fuerit, quam pristinæ humilitatis vel paupertatis memor permanserit, tot producimus testes quot in civitate illa habentur homines. Verum quia longius ab incœpto digressi sumus, jam ad ægrotum nostrum, postpositis omnibus, redeamus, et ne pro nobis moras patiatur, ejus ad gloriam, transitum breviter referamus. Aquicinctum, sicut diximus, se deferri fecit, ubi, omnibus quæ Christiano

morienti conveniunt rite expletis, tam alacer, tam securus novissimam horam expectare videbatur, quasi non ipse, qui infirmabatur, sed alius pro eo esset moriturus. Unde quidam frater in stuporem adductus, remotis omnibus arbitris, solus ad solum accessit, et utrum timeret, apposita ori ejus auricula, diligenter investigavit : tunc ille, ut verbis ejus loquar, cum diceret : « Ad quid timerem ? » et ille opponeret ei periculum mortis, et quia « Judicia Domini abyssus multa, » et quia « Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, » et cetera hujus modi, ille paululum reticens, et quasi aliquid in se prius deliberans, respondit : « Non timeo. » Admiratus autem frater conticuit, et magnam eum habere fiduciam persensit. Obiit tertio calendas julii beatus iste ; animam reddidit Christo, nos corpus sepulturæ. Omnes igitur fratres et domini, ad quos hæc legenda pervenerit, oramus et vos pro eo quod pro se nos oravit. Secretius enim loci nostri abbate ad se evocato, ut verba ipsius ponam : « Rogate, ait, carissime, conventum fratrum, ut pro me apud Deum dignetur intercedere, cujus judicium sine ejus misericordia non potero sustinere. » Malui autem hoc scripto multorum subire judicium et a malis ferre confusionem quam abbatis mei non parere imperio vel non sequi voluntatem. Ille enim quem loquimur sibi ipsi monumentum erexit ære perennius, quod nulla possit delere vetustas. Extant namque apud nos quædam ejus opuscula quæ digna habentur memoria, scilicet de canone evangeliorum et de canone missæ libelli duo, disputatio contra Judæum, et homilia de villico, liber unus de originali peccato, et alius de blasphemia in Spiritum

sanctum, quem interrogationi meæ dignatus est cudere, meoque nomini consecrare. Valete.

XXXVI

Rouleau de Mathilde, fille de Guillaume le Conquérant et abbesse de la Trinité de Caen.

1113.

La date de la mort de Mathilde, fille de Guillaume le Conquérant et première abbesse de la Trinité de Caen, est assez difficile à fixer. J'ai cru pouvoir me déterminer pour l'année 1113 d'après les considérations suivantes :

Cécile, deuxième abbesse de la Trinité, mourut le 13 juillet 1127, après avoir gouverné le monastère pendant près de quatorze années[1] : il est donc probable qu'elle était devenue abbesse à la fin de l'année 1113 ou au commencement de l'année 1114. D'autre part, Mathilde, première abbesse, est morte le 6 juillet, la cinquante-quatrième année de sa prélature, suivant l'encyclique qu'on va bientôt lire, après une administration de quarante-sept ans, suivant Orderic Vital[2]. Pour concilier ces deux chiffres, il faut nécessairement admettre qu'Orderic Vital et l'auteur de l'encyclique ont pris deux points de départ différents. Orderic avait sans doute en vue la dédicace de l'abbaye, qui fut célébrée en 1066 et qui put être considérée comme le premier acte par lequel le nouveau monastère s'était manifesté au grand jour. L'auteur de l'encyclique, qui écrivait dans l'enceinte même de la Trinité, devait se reporter aux premières origines de la fondation, qui étaient certainement antérieures à la dédicace et que rien n'empêche de rapporter à l'année 1059. Avec ces données, qui concilient le témoignage d'Orderic Vital et celui de l'encyclique, on est conduit

1. Orderic Vital, II, 303. La chronique de Caen place à l'année 1126 la mort de Cécile ; voir Duchesne, *Hist. Norm. script.*, 1019.
2. II, 303; III, 194.

à placer au 6 juillet 1113 la mort de Mathilde, première abbesse de la Trinité.

Le rouleau de cette abbesse fut conservé dans le trésor du monastère jusqu'à la fin du dix-huitième siècle. Il a été détruit avec les parchemins précieux que la dernière abbesse de la Trinité avait cachés au commencement de la Révolution[1]. Il était long de « dix-sept aunes et demi quart[2], » environ 20 m. 50.

Une copie en fut faite pour Mabillon, qui a publié l'encyclique et quelques titres[3]. Cette copie a été plusieurs fois citée dans le *Gallia Christiana*, et dom Housseau en a fait entrer des extraits dans sa collection de pièces sur l'histoire de la Touraine, du Maine et de l'Anjou[4]. Cette copie est aujourd'hui reliée dans le Ms. latin 12652, f. 87-132. Malheureusement les derniers feuillets ont été perdus.

Gaignières a compris dans un de ses recueils[5] l'encyclique qui était en tête du rouleau et la table de tous les titres qui la suivaient. Cette table a été publiée dans la *Bibliothèque de l'école des chartes*[6], et dans les *Mémoires de la société des antiquaires de Normandie*[7].

Le texte qu'on va lire a été établi d'après la copie des Bénédictins et d'après les extraits de Gaignières.

Omnibus . . . . . catho . . . . . filiis universis divinæ rati . . . . . devote . . . . . suffragia c . . . . . casus. Deplo[randa] est, [karissimi] fratres, conditio quam in orbem terrarum invidia [serpentis], Evæ ambitio et Adæ inobedientia introduxit. Cum enim Eva serpenti, Adam Evæ morem gessisset, in quibus profecto duobus, tanquam primis parentibus, humanum genus totum latebat, factum

1. De la Rue, *Essais sur Caen*, , II, 28.
2. Gaignières, 206, p. 93. Cf. *Gallia Christ.*, XI, 432.
3. *Ann. ord. S. Bened.*, V, 689.
4. Vol. 18, f. 396.
5. Gaignières, 206, p. 96.
6. 2e série, III, 394.
7. 2e série, VII, 270.

est ut in omnem eorum futuram progeniem maledictionis etiam et peccati pœna transiret. Quam. . . . . atque miserabilius formidamus et detestamur amarius, cum ejus familiarem violentiam et tormenta sentimus. Porro ipsius aculei mentibus nostris altius sunt impressi, cum piissimam matrem nostram et abbatissam Mathildem legum fatalium extulisset censura, que cum ab ipsis pueritiæ primæ crepundiis regularibus fuerit subdita disciplinis, ipsam nimirum intra Christi cunas ecclesiæ sanctæ fovit mamilla, et evangelici plenius alimenti suavissimum lac in omnem morum et fidei sanctitatem nutrivit. Hæc in teneris adhuc annis immortali sponso virginitatem suam devovit, ut ad ejus nuptias sempiternas et immaculatum cubile plenius mereatur gaudiis introire, et de corona virginum, qui est fructus centesimus, gloriari. In hujus autem despons[at]ionis votivam professionem sacrum velamen in signum subjectionis et humilitatis accepit, contemtoque mundi regno cum ipsius divitiis et ornatu, propter amorem Domini nostri Jesu Christi, intra monasticæ mansionis claustrales angustias se conclusit, ubi sane verbo vitæ præceptisque salutaribus sic consenuit, ut, cum ad maturam pervenisset ætatem, et baculum simul pastoralem acciperet, et nobis ad animarum prærogaretur custodiam. In cujus ita ministerio vigilavit, ut et verbo subjectis prodesse satageret et exemplo. Immo, sicut in Actibus apostolorum invenitur : « Quæ cepit Jesus facere et docere : » quæ prius ipsa fecerat, postmodum prædicavit. Hæc ad nostri cœnobii magistratum non est alteri subrogata, quæ prima incipientis est monasterii mater effecta. Quod profecto

monasterium rex Willelmus, qui de Normannis regnum Anglorum primus obtinuit, et uxor ejus regina Mathildis, cujus probos actus et nobilem vitam suorum operum monimenta declarant, a fundamentis intra juris sui terminos extruxerunt. In quo sane filiam suam Ceciliam, nobilissimam virginem, Deo dicantes, in decorem et exultationem domus Dei, cultui mancipaverunt divino, ut securius Deo psallerent cum propheta : « Domine, dilexi decorem domus tuæ. » In quo præterea post felices actus, post pietatis opera, post vitam virtutum, eadem est regina, sicut ante rogaverat, tradita sepulturæ; ut sacellum quod amore vivens coluerat ossibus mortua decoraret. Ad hujus igitur habitationis regimen est assumta, cujus vobis annuntiamus obitum, mater nostra ; quæ, cum viveret, in agro dominico triticum seminavit, cum veniret, ejusdem cum exultatione manipulos reportavit in horreum. Hæc profecto plantationis suæ surculos, quos circumquaque multiphariam inserebat, in florem aperuit, flores in fructum perduxit. Porro quod de fructu jam ipsius maturuit, divinæ manui colligendum, et in cœlesti cellario reponendum mandavit. Multis in locis, gratias Deo, ipsius eruditio custoditur, et ejusdem institutio disciplinæ servatur; quam, sicut monasticis necessaria[m] rudimentis, divina gratia non reliquit, sed usque in senectam et senium suis incolumem[1] conservavit ancillis. In articulo tamen ultimæ senectutis, cum jam naturæ gloria defecisset, gravi est infirmitate correpta, et per quatuor fere dies doloris continuatione vexata. Porro cum dissolutionis

1. La copie porte : « incolumen. »

suæ terminum imminere sentiret, filias suas, quas in amorem pietatis verbi cœlestis educaverat alimento, jubet otius convocari, ut in fine quoque, quam semper docuerat, prædicare non desisteret veritatem. Habito vero aliquandiu de religione colloquio, post olei sacri desideratissimam unctionem, post dominici corporis et sanguinis communionem vivificam, inter sanctarum oscula feminarum, inter suspiria virginum et singultus, glorioso transitu migravit a seculo, sine fine regnatura cum Christo. Obiit autem anno prælationis suæ quinquagesimo quarto, pridie nonas julias, in confessione fidei Christianæ, senex et plena dierum ; quam intra monasterii sui parietes cum omni sollemnitate filiarum ejus caritas sepelivit et cura, ut quem in vita sua frequentare non destitit, nec in morte locum relinqueret. Agebatur instar exequiarum beati Martini pontificis matris nostræ celeberrimum funus, in quo nec psallentium vocibus fletus, nec lugentium lacrymis poterat cantus abesse. Nemo tamen [est] qui præsentis mundi possit illæsus conversationem evadere, qui non vel levi pulvere sordidetur, quem non oporteat orationum simul et elemosinarum emundari suffragiis. Rogamus ergo vos per fraternæ viscera caritatis, rogamus et per religionis misericordiam Christianæ, ut quod in amphiteatro mundi hujus, in quo cum vitiis quasi cum bestiis depugnatur, mater nostra vulnus accepit, precum sanctarum et liberalitatis in pauperes sanetis remedio. Sed et sorores nostras et omnes in utroque sexu, quorum nomina subnotamus, vestræ semper caritatis diligentiæ commendamus : Mathildem, Anglorum reginam, nostri cœnobii fondatricem ; Adilidem, Mathil-

dem, Constantiam, filias ejus; Murielem, Adelidem, Havisam, Catherinam, Mabiliam, Emmam, Adelam, Murielem, Ansfridam, Adelaidam, Mathildem, Emmam, Havisam, Ermelinam, Eremburgam, Avitiam, Adelidem, Susannam, Rosiam, Basiliam, Emitiam, Basiliam, Lutiam, Ascelinam, Rohaidem, Murielem, Odeldam, Evam, Basiliam, Havisam, Adelidem, monachas; Hugonem, Girardum, Hugonem, Gislebertum, atque omnes nostræ congregationis defunctos. Nostro rotulario subvenite, precamur, pro Domino, ne penuria victus ab incepto deficiat, sed, vobis sibi benigne suffragantibus, bene cœptum opus ad effectum usque perducat.

1. Titulus sancti Stephani Cadomi.

Que tibi, Mathildis, laudum preconia dentur?
Digna quidem quesita diu non invenientur.
Laus monacharum, lux, honor et diadema fuisti.
Flent tibi subjecte, quia morti succubuisti;
Congaudendo tuæ vitæ, de morte queruntur,
Veraque de veris, de multis pauca loquuntur.
Cumque tuas cupiunt bonitates amplificare,
Illas diminuunt quas non possunt recitare.
Dicunt pauxillum; quæ dicunt vera probantur.
Propter tantillum, totum dixisse putantur.
Prima sibi mater, es vitæ norma secundæ.
Huic sis exemplum, quia non opus est aliunde.
Fortis ad omnia gesta virilia sufficis isti.
Maxima præmia per tua prælia promeruisti.
Mors tibi gloria, celica gaudia dat tibi funus.
Post obitum tribuit meritum tibi trinus et unus.
Est nimium te flere, pium te commemorari.
Quamvis non sit opus, est pro te dulce precari.
O mater dulcis, tibi sit cœleste beamen.
Hic scriptis sit idem cunctisque fidelibus. Amen.

Willelmo regi Anglorum, altero regi Willelmo, filio ejus, et Ricardo; Lanfranco et Willelmo, archiepiscopis; Gisleberto et Roberto, abbatibus; Paulo abbati, Haimerico priori, Petro monacho, Stephano, Rogerio, Bernardo, Nicolao, Hunfredo, Hugoni, Gualterio, Guimundo, Turstino, Herberto, Vitali, Roberto, Ansfredo, et aliis amicis et benefactoribus nostris, quorum nomina perpetualiter scripta sint in celis. Rogerio monacho, Willelmo monacho, Willelmo monacho, Hugoni, Baldrico episcopo, Walchelino[1].

2. Titulus sancti Gabrielis.

Signat pictura quia non est mors nocitura,
Cui vult propitia fieri pia virgo Maria.
Dira fuit mortis lex quondam, quam leo fortis
In cruce prostravit moriens mundumque piavit.
Non erat hostia quæ morientia morte piaret.
Si foret hostia digna, per omnia sacrificaret
Hanc homo. Non erat hic neque venerat ut repararet
Vel pereuntia, vel morientia vivificaret.
Ergo decens fuit, et bene congruit utilitati,
Ut fieret Deus hostia, qua reus integritati
Redditus est homo. Cum Deus est homo virgine natus,
Tunc homo, funditus antea perditus, est renovatus.
Fit Deus[2] omnia, presbiter, hostia. Crux fuit ara.
Hac cadit hostia, mors ruit impia, pestis amara
In cruce sternitur, hac caro pungitur. Unde lavamur
Hinc aqua profluit. Hinc cruor effluit unde piamur.
Ergo patet via, celica menia qua repetamus.
Vita fidelibus est Deus omnibus. Hunc rogitamus

1. Les six derniers noms paraissent avoir été ajoutés après coup. (Note du copiste qui travaillait pour Mabillon.)
2. On avait d'abord mis : « fit simul. »

Det veniam tibi. Te societ sibi, fons bonitatis,
Christus, Mathildis; tibi detur vita perhennis.
Denique fratribus atque sororibus hic titulatis
Det vitæ munus Deus, est qui trinus et unus. Amen.

Orate pro defunctis nostris, Arnulfo monacho, Columbano monacho, Osmundo monacho, Henricus monachus, Hurrico, Alexis monachus, Petrus monachus, Almundo, Winemero laico, Durando laico, Arnulfo laico, Rogero laico, Rotberto laico, Walterio, Rainaldo, Rotberto, Erico, Alberto, Anfredo monacho, Willelmo, Constancia, Gisleberto monacho, Adelaide, Ascelina, Hahewisa, Roberto, Osmundo, Serlone, Balduino, Susanna, Ranulfo, Osberto, Ricardo, Anschetillo, Bona Filia, Albereda, Gisla, Iselde, Murielle, Balduwino, Rodulfo monacho, Germundus laicus, Gislebertus laicus, Rogerius laicus, Alveredus laicus, Mathildis, Albereda, Mathildis, Emma, Oda laica, Adelina, Hesa, Beatrix, Emma laica, Ingulfus laicus, Rodulfus laicus, Rotbertus laicus, Hugo laicus, Mainardus, Erma, Ermengardis monialis, Heza monialis.

3. Titulus sanctæ Mariæ Dolensis.

Anima ejus requiescat in pace. Orate pro nostris domno Aldeberto et Geraldo, abbatibus; Petro et Cinemone, prioribus; Petro monacho, Helio monacho, Petro monacho, Constantino monacho, Geraldo monacho, et aliis.

4. Titulus sancti Martini Sagii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

5. Titulus sanctæ Mariæ Baiocensis ecclesiæ.

Cetibus angelicis gaudet sociata Mathildis,
Si semper vixit, nobis ut littera dixit!
Sed qui mundano sordescunt pulvere cuncti
Nodos peccati rumpat miseratio Christi;
Insuper et requiem tribuat super astra perhennem,
Que precibus justis donetur subtitulatis. Amen.

Hugoni, Odoni, episcopis; Willelmo decano, Ricoardo, Radulfo, Goscelino, archidiaconis; Dominico, Rogero, Ansfrido, Willelmo, Radulfo, Alano, Goscelino, et aliis quorum animæ requiescant in pace. Amen.

Willelmus monachus ad sucurrendum.

Orate in karitate omnes pro anima Hildeburgin.

6. Titulus sancti Vigoris Baiocensis.

Anima Mathildis abbatisse et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Orate pro nostris defunctis Odone episcopo, Widone priore, Tehardo monacho, Waltero monacho, Rogero monacho, Rodulfo monacho, Hunfrido monacho, Hilberto monacho, Goscelino monacho, Hugone monacho, Ursone monacho, Anschitillo monacho, Osberto monacho, Gaufrido monacho, bonæ memoriæ, priore Divionense, et pro aliis omnibus quorum omnium animæ requiescant in pace. Amen.

7. Titulus sancti Stephani Fontanetensis.

Mundi salvator, cœli terræque creator,
Qui regnat summi dives in arce poli,
Annuat huic requiem matri vitamque perennem,
Et faciat sanctis associare suis.

Necnon et nostri (*defuncti*) potiantur luce perenni,
Ipsius et vultum conspiciant placidum.

Scilicet Gauffridus abbas, Hugo abbas, Radulfus monachus, Rainfredus monachus, Bernardus monachus, Rainaldus monachus, Alexander monachus, Willelmus Ertieis[1] monachus, Walterius monachus, Arnulfus monachus, Osmundus, Tigerius prior, David monachus, Rodbertus monachus, Radulfus Taxo, Albereda ejus uxor, Osbernus Gifardus, Haduisa ejus conjunx, et ceteris omnibus.

8. Titulus sanctæ Mariæ Belli Montis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris : Henricus, Herveus, Johannes, Nicholaus, Amelina.

9. Titulus sancti Petri et sancti Swithuni Wintoniensis ecclesiæ. Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis : Athulfo, Ethelstano et Chnuto, regibus; Imma regina, Alwino et Walchenino, episcopis; Simeone abbate, et Godefrido priore, Hardingo, Gilleberto, Richardo, Tezo, Simon, et pro omnibus aliis.

10. Titulus sancti Petri et sancti Grimbaldi Wintoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Riwallone abbate, Rodberto abbate, Godwino priore, Sawino priore, Sawardo monacho, Sueartlingo mo-

1. « Ertieis » est peut-être une faute de lecture pour « Erneis. »

nacho, Alfrico monacho, Wulmaro monacho, Alnotho monacho, Sinotho monacho, Alwino, Wulwardo, Randulfo, Sawardo, Alwino, Rannulfo, Agelwardo, Rogerio, Beorn, et ceteris omnibus.

11. Titulus gloriosæ Dei genitricis Mariæ et sanctæ Eadburgæ virginis Wintoniensis ecclesiæ.

Proh dolor ! Argentum, vestis, nec gemma, nec aurum,
Nec pietas, nec nobilitas, nec larga potestas,
Mortali cuiquam possunt defendere vitam.
Nil igitur prodest cumulatio divitiarum,
Ni mereamur in his consortia cœlicolarum.
Hec bona multa dabat quæ vita beata probabat,
Cui Deus in terris culmen donavit honoris.
Præsentem vitam liquit cupiendo petitam
Mathildis, summi deposcens premia regni.
Summi summa Dei gloria detur ei.

Item.

Nos matris laudem melius reticendo colemus.
Nam condigna loqui quia non datur, inde tacemus.
Sufficiat tamen hoc quod huic ex corde favemus ;
Proditur et quicquid meritis minus esse tenemus.
Sic res occultas colit officiosa voluntas,
Huic ut majorem pariat sine voce favorem ;
Clamet lingua tamen : « Tibi sit, pia donna, beamen,
Nosque tuum mundas faciat tibi dogma secundas. »

Versus cujusdam neptis suæ.

Post obitum matri prope sis, reverenda Maria.
Nomine Mathildi pia sis, benedicta Maria.
Hanc bene defendas, fortis virtute Maria.
Ne tenebras timeat, te præduce, clara Maria.
Non hostis noceat, te visa, virgo Maria;
Insidians taceat, te judice, domna Maria,

Et fraudes reprimat, te convincente, Maria.
Mox procul aufugiat, bona, te terrente, Maria.
Hec eat in requiem, te dante, colenda Maria.
Jungatur sanctis, te, justa, jubente, Maria.
Feliciter vivat, te, sancta, favente, Maria.
Corregnetque Deo, te presule, digna Maria.

Orate pro nostris, Alvena abbatissa, Beatrice abbatissa, Mathilde priore, Emma priore, Godesteva monacha, Oswena monacha, Formosa monacha, Albreda monacha, Ulburga monacha, Aldítha monacha, Wlvida monacha, Bristeva monacha, Leveva monacha, Ediva monacha, Lewena monacha, Cecilia monacha, Ascelina monacha, Orengia monacha, Alveva monacha, Ascelina monacha, Gisla monacha, Lescelina monacha, Dina monacha, Ulburge monacha, Mathilde monacha, Mathilde, Benedicta monacha, Susanna laica, ceterisque amicis nostris.

Istis solamen tribuat Deus omnibus. Amen.

12. Titulus sancte Crucis et sancti Petri Werwellensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Ælstrita abbatissa, Mathilde abbatissa, Albereda abbatissa, Goditha monacha, Alveva monacha, Godiva monacha, Aldita monacha, Albereda monacha, Wlfruna monacha, ceterisque amicis nostris.

13. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Melorii Ambesbiensis ecclesiæ.

Nulli vita datur quin mortis lege fruatur.
Justus enim moritur, mortis que[1] post dominatur.

1. Il faut sans doute corriger « morti qui. »

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Amen. Berengarius laicus, Biatrix femina, Annes monacha. Orate pro nostris, Hehahfleda abbatissa, Rachenilda abbatissa, Leveva monacha, Eva monacha, Margarita monacha, Etlueva monacha, Tiburga monacha, Tola monacha, Odelina monacha, Ascelina monacha, Rotberto, Albereda, Rotberto, Wilelmo, Osmundo, Edita, Elwardo, Hugo, Alestano, Rotberto, Gildeberto, Philippo Pigot, Mathilde, Rotberto, Wascelino, Wilelmo, Nigello, Christina, Adela, Hugo, ceterisque amicis nostris.

14. Titulus sancte Mariæ Seri[s]beriensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

15. Titulus sanctæ Mariæ et sanctæ Edgithe Wiltoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

16. Titulus sancti Pancratii martyris.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

17. Titulus Guitoniensis scolæ.

Cur, mors, sic sevis? Cur, inquam, sic furibunda,
Pluribus existis satis atque satis tremebunda?
Regia quam cœli suscepit[1] gratulabunda,
Evomis ecce matrem tristis nimis ac gemebunda.
Huic prece solvamus quod debemus sitibunda.
Expedit hoc cunctis renovatis fluminis unda.

1. La copie porte » Regiaque celi suscrpi » avec un signe d'abréviation sur la dernière lettre.

18. Titulus sancte Mariæ et sancti Edguardi Scephtoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Eulalia abbatissa, Agnete priorissa, Rotza, Albereda, Adiliza, Cecilia, Susanna, Aluvena, Aileva, Ediva, Savia, Eldeva, Editha, Ediva, Benigna, Adelaisa, et aliarum.

O mors crudelis, nullique probata fidelis,
O mors immitis, nigri soror impia Ditis,
Quid sic egisti? Quid sic matrem rapuisti?
O mater dilecta nimis, reverenda magistra,
Tu, decus omne tuis, postquam te fata tulerunt,
Qualiter ecclesiæ cecidit robusta columna!
Sed non omnino ruit hæc robusta columna;
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
Christe Deus, rutilo ditans illam paradiso,
Mathildi miserere, tuæ miserere pusillæ,
Quæ tibi, dum vixit, devota mente cohæsit,
Hæsit, obedivit, coluit, dilexit, amavit.

19. Titulus sanctæ Marie et sancti Sansonis ecclesiæ Milentonensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro defunctis nostris : Athelstano rege, Agelwardo comite, Edredo abbate, Eadwardo abbate, Alfrico abbate, Aldwino abbate, Bodrico monacho, Wlnotho monacho, Agelmaro monacho, Ednotho monacho, Wlfredo monacho, Alfrico monacho, Wlfgeato monacho, Guthmundo monaco, Agelgaro monacho, Wlfrico monacho, Hradgaro monacho, Agelberto monacho, Algaro monacho, Agelwardo monacho, Alfrico monacho, et aliorum.

20. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Petri apostoli Exoniensis ecclesiæ.

Indicat effectus non longos temporis actus.
Actus esse breves monstrant nobis morientes.
Vita caduca brevis nulli manet ista perhennis.
Decipitur longæ qui querit tempora vitæ.
Hujus defunctæ mundanæ su[m]mula metæ
Longam spem resecat quo[1] quisque manentia querat.
Quæ sibi quæsivit, Christo devota, Mathildis
Nunc fruitur requie, capiendo premia vitæ.

Orate pro nostris.

21. Titulus sanctæ Mariæ Bertoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

22. Titulus sancte Trinitatis Novi Monasterii de Notigehan.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

23. Titulus sancti Nicholai Exoniensis ecclesiæ.

Divitiæ regum cinis est, et gloria fœnum.
Sicut flos fœni, sic transit gloria mundi.
Flos et herba cadunt, sic corpus et ossa peribunt.

Anima sua et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

24. Titulus sancti Petri de Monte acuto.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

1. Sans doute pour « qua. »

25. Titulus sancti Petri Mycelaniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

26. Titulus sanctæ Mariæ Glastoniæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant semper cum Christo in perpetua pace. Amen. Orate pro nostris.

27. Titulus sancti Petri Bathoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris.

28. Vox scolarium ejusdem urbis.

Quid furitis nonnæ? Quid amatis carmen inane?
Dicite rem tandem, rem tandem dicite plane.
Quid nos buccicrepa sermonum mole gravatis?
Quid teritis tempus, ventosaque verba rocatis,
Insuitis versus et ploratus pueriles?
Quid mors, sera licet, venas irrupit aniles?
Nonne pudet, queso, nobis indicere fletum,
Quod defecit anus, subiit quod femina lœtum?
Certe jure subit letalem femina sortem :
Importavit enim muliebris suasio mortem.
Addo quod illius fertis super æthera vitam,
Nec dubitatis eam solio regni redimitam.
Hoc igitur quantùm careat ratione videtis,
Quod vos de domina, cum gaudeat ipsa, doletis.
Propterea, moneo, mœrori ponite metas,
Et manibus plausus, et laudes edite lætas.
Sin lacrimis plenas huic indulgetis habenas,
Dandum livori, non vero credo dolori.
Nam mala si mors est, subit illam femina jure;
Si bona, non illam patitur bona femina dure.

29. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Aldelmi confessoris Malmesberiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace

30. Titulus sanctæ Mariæ Teokesberiensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris : Giraldo abbate, Turstano, Mauro, Edmundo.

31. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Kenelmi Wincelcumbensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis, Balduino, Petro et ceteris omnibus.

32. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Ecgwini Eoveshammii cœnobii.

Virginitas summæ genitricis digna Mariæ
Mathildi requiem tribuat, decus atque levamen,
Quo mors natalis fiat ejus perpetualis,
Læteturque polo Domino sumens bona solo,
Ac nihil adversum patiatur, sed bene versum
Sit quicquid voluit bene, dixit jure, vel egit.
Præfuit in terris animabus; sentiat astris
Gaudia quadrati; faciat quod gratia Christi. Amen.

Orate pro nostris, Alepeardo episcopo atque abbate, Mannio abbate, Agelwio abbate, Walterio abbate; Ordmero, Collingo, Petro, monachis, et ceteris omnibus. Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

33. Titulus sanctæ Mariæ Persorensis ecclesiæ.

Christe Deus, rutilo ditans justos paradiso,
Mathilde miserere, tuæ miserere puellæ,
Quæ tibi, dum vixit, devota mente cohæsit,
Hæsit, obedivit, coluit, dilexit, amavit.

34. Titulus sanctæ Trinitatis Eboracensis.

Anima matris vestræ Mathildis abbatissæ et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Fulberto abbate, Ælfrido c[omite], Eadmundo c[omite], Turstino, Hugone abbatibus, Sewardo priore, Osberno, et ceteris omnibus.

35. Titulus sanctæ Mariæ sanctique Michaelis Malvernensis ecclesiæ.

Anima Mathildis abbatissæ et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Philippo, Benedicto, Augustino, et ceteris omnibus.

36. Titulus sanctæ Trinitatis et sanctæ Mariæ Covetrensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

37. Titulus sanctæ Mariæ Totebeiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Henrico monacho, Berta, Engenulfo, Willelmo monacho, Hildeberto, Nicholao, Rotberto, Alflet, Amicia, Adeleldis, Radulfo.

38. Titulus sanctæ Mariæ Blidæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defuncto-

rum in Christi nomine requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Rogerio fundatore cenobii hujus, Odone monacho, Stephano monacho, Tethardo monacho, Rogerio monacho, Radulfo monacho, Benigno monacho, Ansfrido monacho, Willelmo monacho, Johanne monacho, Viviano monacho, Columbano, et ceteris omnibus quorum nomina Deus scit.

39. Titulus sancti Germani Salisbiensis cœnobii.

O vos fulgentes opibus, mundana sequentes,
Cum miseri sitis, vana quid appetitis?
Cur non pensatis quantum noceat quod amatis?
Quantum quippe nocet vita beata doce
Permanet ecce parum possessio divitiarum.
Divitiæ pereunt; dampna tamen pariunt.
Has, quæ migravit, nunquam Mathildis amavit,
Sed baculo fidei rexit ovile Dei.
Insignita bonis et amatrix religionis
Hæc matrona fuit, vivere dum potuit.
Si tamen hanc lesit quicquam vitii, quod inhæsit,
Indulgendo, pius abluat ipse Deus.
Et quoniam talis fuit hæc mater specialis,
Cum Christo solio regnet in æthereo.

Orate pro nostris, pro abbate videlicet Benedicto, ecclesiæ nostræ primo fundatore, et pro ceteris quorum nomina scripta sunt in libro viventium. Amen.

40. Titulus sanctæ Trinitatis Norwicensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Versus Othonis juvenis.

Commendant alii, commendant scripta Mathilam
Et vitæ meritum justiciæque modum.

Scribere disposui tantæ præconia laudis ;
Sed mihi verborum copia pauca fuit.
Primitias Domino dum libat virginitatis,
Perpetua meruit virginitate frui.
Virgo dicata Deo, rebus subtracta caducis,
Percepit merito præmia digna suo.
In laudes gemitus redeant, in gaudia fletus :
Nil dignum lacrimis vita perennis habet.
Transiit ad vitam felix et plena dierum,
Et meruit sponsi regna videre sui.

41. Titulus sanctæ Mariæ Eboracensis.

Versus Benedicti.

Quam vos defletis, non nos deflemus obisse,
Cœlestem patriam quam nos speramus adisse.
Hinc vestram matrem non exhorremus abisse,
Perpetuam cœnam quam non dubitamus inisse.
Dilectæ matris non debet morte gravari
Quisquis eam credit jam jam super astra locari.
Carnea jam moles nescit lacrimis reparari ;
Spiritus astra petens se scit sine fine beari.
Vivere si posset, vobis deberet amari ;
Vivere non potuit, vobis debet tolerari.
Funere pro caræ nil prodest collacrimari,
Dum lacrimis vestris vitæ nequeat revocari.
Non vos flere decet si carnis debita solvit,
Nam Salvator eam peccati lege resolvit ;
Sed gaudere decet quod carnis claustra reliquit.
Nam, nisi fallamur, cœlestia regna petivit.
Littera nam præsens nobis monstrare videtur
Pro bonitate sua quod ei bona vita paretur.
Littera jam præsens non debet falsa putari,
Quæ contestatur sed debent magnificari.
Littera jam præsens nunc nobis significavit
Quod bene vos rexit, quod vos dum vixit amavit ;
Littera testatur quod vobis profuit illa ;

Dum tamen enituit fomes virtutis in illa,
Præfuit et vobis, contestans littera dicit;
Profuit atque sibi, dum carnis lubrica vicit.
Hæc Sathanæ laqueos multo conamine stravit,
Dum se subjectas virtutibus accumulavit,
Hostis et antiqui semper molimina fregit,
Et sibi subjectis jus levitatis abegit,
Cœlica lucra sibi vivendo docendo paravit.
Ut capiatis idem, servate quod ædificavit.
Regula justitiæ fuit ejus semita vitæ;
Quam sua facta tegant vestisque decus polimitæ;
A[t]que domus Domini dilexerat illa decorem,
Cui pro posse suo multum donavit honorem.
Omnibus illa bonis virtutibus irradiabat;
Et donec vixit, semper tibi, Christe, vacabat.
Extollamus eam quia vivens tot bona fecit,
Quæ, quod defletis, pondus violabile jecit.
Mathildem vestram pariter nunc magnificemus,
De qua spem certam quod semper vivat habemus.
Sed quia nullus homo præsenti vivat in ævo
Qui donec vivit peccati sit sine nævo,
Mathildi culpæ si quid carnalis adhæsit,
Deleat ipse Deus, cui vivens semper inhæsit. Amen.
Vestræ Mathildi succurrat virgo Maria. Amen.
Propitietur ei sanctissima virgo Maria. Amen.
Vestram Mathildem tueatur virgo Maria. Amen.
Et sit ei clipeus pia mater virgo Maria. Amen.

Versus Ricardi.

O hominum sine laude genus, quod, vivere natum,
  Ipsum se proprio perdidit arbitrio!
Nil sine laude magis quam quod natura decoris
  Non invita suo jure carere tulit.
Factus homo sine fraude bonus, qui, si voluisset,
  Viveret æternum, nec cariturus erat
Imperio rerum. Jam mente superbus iniqua,

Noluit utiliter subditus esse Deo.
Unde, priore bono vacuatus, ad ima locatur,
Efficiturque minor inferiore suo.
Omnis quippe Dei sequitur natura favorem,
Naturæ regem destituens hominem.
Infelix igitur nunquid sine fine peribit?
Non, inquam, Deus est qui dedit auxilium.
Ille mori veniens de nostro sumpsit ut esset
Articulum mortis solvere causa Deo.
Tali nempe modo de nostro nostra redemit,
Ut foret inde salus, venerat unde dolor.
Lex tamen ob culpam, culpa pereunte, remansit,
Ut semper maneat unde laboret homo.
Id ratione quidem constat dictante probatum,
Quo melior proprio spes foret ex merito.
Hæc tibi, Mathildis, tantorum causa laborum
Et levis et dulcis spe meliore fuit.
Hac quoque de causa non rerum cura coegit
Quin rebus malles præposuisse Deum.
Et quia fecisti, prosit tibi gratia Christi,
Qui tibi virtutem contulit atque fidem.

Versus Petri

Si posset lacrimis revocari vestra Mathildis,
Jam multis lacrimis esset revocata Mathildis.
Sed quia non possunt lacrimæ revocare Mathildem,
Ergo preces studeant super astra locare Mathildem.
Si quid commisit per carnis debilitatem,
Ignoscat Christus sibi per solitam pietatem.
Quod petitis vestris donari prætitulatis,
Hoc petimus nostris donari subtitulatis :

Scilicet domno Stephano, primo ecclesiæ nostræ abbate et fundatori, Rainfrido priori, Hildeberto priori, Raimundo monacho, Rogero monacho, Farmano monacho, Haymerico monacho, Thoro monacho, Wil-

lelmo monacho, Turchillo monacho, Brandoni monacho, Algaro monacho, Liwino monacho, Berengario monacho, Colemanno monacho, Godefrido monacho, Erengrino monacho, Petro monacho, Osberto monacho, Roscelino monacho, Alano comiti, ecclesiæ nostræ benefactori; Rotberto monacho, Sirico monacho, David monacho, Waltero monacho, Willelmo monacho, Radulfo monacho, Hadwino monacho, Rumfaro monacho, Willelmo monacho, Laurentio monacho, Girardo monacho, Osberto monacho, Godefrido monacho, Sumberlet monacho, Hugoni monacho, et ceteris amicis nostris quorum nomina scribant[ur] in libro vitæ. Amen.

42. Titulus sancti Petri Eboracensis ecclesiæ.

Heu! Res crudelis, res diræ conditionis!
Pallida mors regum turres inopumque tabernas
Sorte pari pulsat, nec eam quis munere placat.
Turpes, formosos, indoctos atque peritos,
Notos, ignotos, trutina compensat eadem.
Quæ si divitiis posset precibusve moveri,
Vel si religio molliret castaque vita,
Tu laqueos mortis rupisses jure, Mathildis.
Rex tibi cœlorum, consolator miserorum,
Pace frui vera cœli concedat in aula!
Concio sacrarum te suscipiat monacharum!

Orate pro nostris, Aldredo archiepiscopo, Thoma archiepiscopo, Girardo archiepiscopo, Girardo archidiacono, Dinando archidiacono, Rannulfo archidiacono et thesaurario, Aldredo canonico, Saxfordo canonico, Giraldo canonico, Willelmo archidiacono, Alvero canonico.

43. Titulus sanctæ Mariæ Lincoliensis ecclesiæ.

Heu quantum primi lacrimarum culpa parentis
Attulit; est et adhuc ea nostræ sarcina gentis.
Carmine quo potero te dignas enumerare
Laudes, Mathildis, vel pectore quo memorare?
Debita jam carnis solvisti morte pudica,
Fraude pater primus meruit quæ captus iniqua.
Caste vixisti; vitam vivens meruisti.
Morte pia moriens miseram mortem renuisti.
Vos deflere liquet; sed jam gaudete, sorores,
Hanc vestram matrem miseros posuisse dolores.
Exiit exilium patienter, plena dierum.
In patriam rediit lux, gloria, flos mulierum.
Conjugis hortatum si primus homo renuisset,
Non sua posteritas mortalia jura subisset.
Sed quia plebs humana gravi telo fuit icta,
Pro veteri noxa mors est sibi pœna relicta.
Hæc igitur moriens, quæ versibus his memoratur,
Lætitia quam promeruit sine fine fruatur.

44. Titulus sancti Bartholomei et sancti Guthlaci Crulandiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Thurkytelo abbate, Oskytelo abbate, Ulskytelo abbate, Godrico abbate, Algerico abbate, Ingulfo abbate, Wlfgeto abbate, Suivato priore, Afgaro priore, Feggo monacho, Leofwino monacho, Bristano monacho, Askyllo monacho, Thurgislo monacho, Triggo monacho, Ulfo monacho.

45. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Nicholai Spallingensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Amen.

Quod petitis vestris (sororibus) nostris impendite
cunctis (fratribus).

Hildino abbati, Hamoni abbati, Natali abbati, Arraldo abbati[1], et cæteris nostræ congregationis professis.

46. Titulus sancti Benedicti Holmensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Nil prodest animæ metri genus omne Mathildis;
Sed prosunt animæ pia vota precesque Mathildis.
Parcat huic petimus Dominus pius ergo Mathildi,
Et sanctos petimus suffragia ferre Mathildi,
Ut possit curam Michaelis inire Mathildis,
Nec subeat curam Satanæ peritura Mathildis.
Sique tamen vitæ sanctæ fuit ista Mathildis,
Perpetuæ vitæ copulatur jure Mathildis.

Orate pro nostris, Alpwodo abbate, et cæteris omnibus quorum scit Deus nomina.

47. Titulus sancti Benedicti Ramesiæ.

Si genus et species mundique potentia leto
Obstarent, possentque dies producere nostros,
Multus homo superesset adhuc quem vita reliquit,
Forsitan et Mathildis, quam jam pulvis obedit.
Ergo fortuna cur fiditur in fugitiva?
Quisque sibi cito provideat : mors certa propinquat.
Utque Deus miserescat opemque ferat cito nobis,
Dicamus cuncti : « Clemens, Deus, esto Mathildi. »
Quod cupitis vestris defunctis poscite nostris :

Ailwino comiti; Ætherico, Alfwardo, Eadnodo, epi-

1. Hilduin, Arraud, Hamon et Noël, abbés de Saint-Nicolas d'Angers. Le prieuré de Spalding dépendait de l'abbaye de Saint-Nicolas.

scopis; Athestano, Alfwino, Ailsino, Aldwino, abbatibus; Turberno priori, Turberno monacho, Vincentio monacho, Alfwio monacho, Radulfo monacho, Willelmo monacho, Alfredo monacho, Almaro monacho, et ceteris.

48. Titulus sanctæ Mariæ Huntendoniæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Ingelrammo canonico, et ceteris omnibus quorum scit Deus nomina.

49. Titulus sancti Albani prothomartyris Anglorum.

Fletibus a tantis caræ cessate sorores,
Feminei cordis tandem levigando dolores.
Vixit in hoc mundo fragili vix corpore sospes
Mathildis; mundo fuit hæc, sibi mundus et hospes.
Quæ dum si vixit, præsens ut cartula fatur,
In cassum fletis, quoniam super astra levatur.
Atque, Deum sitiens, labentia despiciebat;
Actibus implendo verbis bona quæque docebat,
Et quia sustinuit pro Christo quosque labores,
Nunc subeat requiem et sine fine diem.

Orate pro nostris, Leofstano abbate, Freoderico abbate, Paulo abbate, Hermanno monacho, Rodberto monacho, Willelmo, Benedicto, Herfrido, Jacobo, Radulfo, Audoeno, Hugone, Hunfrido, Rogero, et pro ceteris omnibus quorum scit Deus nomina.

50. Titulus sancti Petri Westmonasterii.

Vita brevis satis esse levis sic jure probatur;
Dum moritur, cui lux oritur; sed dum reparatur,
In melius transit pejus, si vita probatur.
Nam quod erat, sed mortis erat, melius renovatur,

Inque Dei virtute mei species animatur.
Hinc resecet culpasque necet quicumque vocatur
Ad regimen, factus specimen, quod quisque sequatur.
Jamque tibi, Mathildis, ibi quo justus amatur
Sit requies, quo vera quies Christus videatur.
His vos solamur, nostrisque petita precamur :

Eadwardo rege, Edgida regina, Vitali abbate, Roberto abbate, Nicholao, Egelvardo, Willelmo, ceterisque fratribus nostris.

51. Titulus sancti Pauli.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris.

52. Titulus sancti Salvatoris de Bermundesia.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

53. Titulus sanctæ Mariæ Sudhwerkensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

54. Titulus sancti Andreæ apostoli Rovecestrensis ecclesiæ.

Anima Machtildis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, et vos orate pro nostris, Gundulfo episcopo, Siwardo, Arnosto, episcopis; Arnulfo priore, et ceteris defunctis nostris.

55. Titulus sanctæ Mariæ Mellingis ecclesiæ.

Anima Machtildis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, et vos orate pro nostris, Gundulfo episcopo,

Albereda, Belesend, Emma, Gerlendis, Ermensendis, Mathelda, Asa, et ceteris defunctis nostris.

56. Titulus ecclesiæ Christi Cantuariæ.

Requiescat in pace. Amen.

57. Titulus ecclesiæ sancti Petri et sancti Augustini, Anglorum apostoli.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

58. Titulus sancti Martini de Bello.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, regibus, abbatibus, monachis, parentibus, benefactoribus.

59. Titulus sancti Martini Troarni.

Mortis damnator vitæque pius reparator
Partem donet ei, quæ fine caret requiei.

Orate et vos pro nostris defunctis cunctis, Mabilia comitissa, Rogerius comes, Mabilia.

60. Titulus sancti Salvatoris de Constantino.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris defunctis, scilicet pro domno Benigno abbate, Nigello vicecomite, Eudone vicecomite, Rainaldo, Osmundo, Hugone, Everardo, Nigello, Anschetillo, Rotberto, Audoeno, Gaufrido, Rogero, Turoldo, Gisleberto, Rogero, monachis; Hunfrido, Rotberto, Willelmo, Eleazaro, Rogero, Rotberto, Rannulfo, laicis; Anschilla, Agnete, Sewrida, Heldesende, Ascelina, feminis, et cunctis fidelibus.

61. Titulus sancti Petri Lexoviensis ecclesiæ.

Hanc divinus amor sic labe removit ab omni,
Quod merito vitæ regna superna colit.
Non igitur quisque lacrimas effundat inanes,
Per quas ad vitam nemo redire potest.
Si sibi vult aliquis certum conferre juvamen,
Assiduas dicat con pietate preces.
Vos quarum mater dulcis fuit illa, sorores,
Votis et precibus ferte frequenter opem.
Nos quoque possimus devote mente precari,
Ut det ei requiem cunctipotens Dominus.

Item.

Debetis vestros luctus inibere, sorores ;
Tali namque modo non reparatur homo.
Hujus ad exemplum debetis vivere cunctæ,
Quas Cadumensis habet regula, sorde carens.
Et sicut docuit vos ire per atria vitæ,
Omnes possitis ire meo monitu.

Orate pro nostris, Hugone episcopo, Gisleberto episcopo, Fulchero episcopo, Gulolano decano, Turgiso doctore, Aitardo archidiacono.

62. Titulus sanctæ Mariæ Lexoviensis.

Orate pro nostris, Hugone episcopo, Lecelina comitissa, Emma cometissa, Basilia abbatissa, Adelaide priorissa, Margarita monacha, Advenia monacha, Hahavid monacha, Havid monacha, Emma monacha, Beatrix monacha, Gonnora monacha, Maria monacha, et aliis omnibus quorum animæ requiescant in pace. Amen.

Cuncta petunt lapsum quæcunque vocantur ad ortum,
Et rapit in mundo mors omnes ordine nullo.

Non parcit juveni, nec scit misererier ulli;
Sed licet in toto dominetur pessima mundo,
Non tamen hanc patitur Christus, quo cuncta reguntur,
In propriis servis quicquam perquirere juris,
Sed pietatis opem cunctis impendit eandem ;
Vestræ qui matri concedat gaudia cœli.
Ferte juvamen [eis] quos subtitulavimus istic.

63. Titulus sanctæ Trinitatis Andegavensis.

Oravimus pro vestris, orate pro abbatibus et fratribus nostris defunctis, quorum nomina Deus novit, et utinam scribantur in cœlis. Amen.

64. Titulus sanctæ Mariæ Cormeliensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro Willelmo comite, Emma, Hadvis, Rogerio comite, domno Gisleberto abbate, item Willelmo abbate, Rannulfo priore, Benedicto monacho, Rotberto monacho, Gauffrido monacho, Romano monacho, Gisleberto monacho, Durando monacho, Boso monacho, Osmundo monacho, Raynerio monacho, Anschitillo monacho, Alveredo monacho, Ricardo monacho, Ansfrido monacho, Gisleberto laico, et ceteris quorum nomina Deus scit.

65. Titulus sancti Petri Pratelli.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Antfrido, Willelmo, Gauzfrido, scilicet abbatibus, necnon et pro monachis nostris Heltone, Bernardo, Gauzfrido, Goscelino, Ricardo, Matheo, Ricardo laico, Osbernus, Adeliza, cum aliis multis quorum Deus scit nomina.

Hidulfus monachus, Henricus monachus sancti Luciani, Petrus monachus, Alexis monachus, Vitalis laicus, Asal, Euricius canonicus, Rodulfo monacho, Gisleberto laico, Adam laico, Emma, Willelmus miles. Animæ eorum requiescant in pace. Amen.

66. Titulus sancti Leodegarii Pratelli in eadem villa.

. . . . . [1]

Odilia, abbatissa sanctæ Mariæ Belvacensis, Oda monacha, Mathildis monacha.

Dum sic polleret super hoc, dum fama volaret,
Abstulit hanc nobis gemmam regina Mathildis,
Tradens cenobium sibi matris jure regendum,
Quod sub honore Dei construxerat ipsa Cadomi.
Quæ fuerit post hæc, non est recitare necesse,
Cum titulus cartæ bene dixerit. Et satis inde
Fundimus ecce preces, cordis suspiria flentes,
Ut cuncti Christo signati crismate sancto
Subveniant animæ matris tam magnificandæ,
Nec minus illarum subduntur nomina quarum :

Emma abbatissa, Ansfrida abbatissa, Richilda abbatissa, Albereia abbatissa, Adelina et Albereia, dominæ nostræ, Basilia, Hatuisa, Adeliza, Papia, Ascelina, Teuscenda, Agnes, Emma, Juliana, Richilda, Mabilia, Ascelina, Albereia, Godelina; III kalendas septembris obiit Elizabeth monacha et Deo sacrata nostri cenobii.

67. Titulus sanctæ Mariæ Gresteni.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Her-

1. « Il y a cinq vers raturez avec un couteau. »

luino monacho, Rotberto comite, Mathilda, Rotberto monacho, Ragnulfo laico (?), Godefrido monacho, Dodone monacho, Lewino monacho, Hunfrido monacho, Willelmo laico, Leuricio laico, et pro aliis quorum nomina Deus novit, ut requiem habeant sempiternam. Amen.

68. Titulus sanctæ Mariæ Becci.

Dilectæ matres et amandæ jure sorores,
Mors vestræ matris non est plangenda Mathildis.
Ante Dei vultum mors est preciosa bonorum.
Illa quidem cunctis fuit exemplum bonitatis,
Abbatissarum laus atque decus monacharum,
Flore pudiciciæ resplendens justiciæque ;
Cumque Deo teneris oblata fuisset ab annis,
Fama cunctorum virgo permansit in ævum,
Propositum sacrum servans incontaminatum.
Liberet a cunctis quam virgo puerpera cunctis[1],
Et societ sanctis in amæna sede quietis.
Tandem supremi cum venerit hora diei,
Jungatur positis in dextra parte beatis.
Et vos pro nostris petimus orare velitis :

Domno Herluino abbate, et domno Anselmo archiepiscopo, et omnibus aliis monachis nostris,

Ut pietas Domini dignetur eis misereri,
Ne videant mortem sed vitam morte carentem. Amen.

Odelina, Havisa, Emma, Albereda, Havisa, Bencelina, Justa laica, Radulfus, laicus, Lescelina, Rodulfus, Godardus, Restoldus laicus, Willelmus laicus, Ingulfus laicus. Amen.[2]

1. Il faut peut-être « culpis. »
2. « Recentiori manu et atramento. »

69. Titulus sanctæ Crucis sanctique Leufredi eximii patris.

Anima Mathildis hujus et animæ omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Orate pro nostris, Alberico abbate, Odilone abbate, Ricardo abbate, Hugone priore, Hugone monacho, Bosone monacho, Ricoardo monacho, Henrico monacho, Gausfrido monacho, Rotberto monacho, Teoderico monacho, Alberto monacho, Hilduino monacho, Gisleberto monacho ad succurrendum, Hugone laico, filiis suis, Guillelmo monacho, et pro omnibus aliis fratribus et sororibus nostris, quorum animæ requiescant in pace. Amen.

70. Titulus sancti Petri Gemmeticensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Rotberto archiepiscopo, Rotberto, Guntardo abbatibus; Gregorio, Huberto, Walterio, Willelmo, Rodulfo, Ramnulfo, Tebaldo, et omni[bu]s aliis quorum animæ requiescant in pace. Amen.

Godardus laicus, Ansfridus laicus[1].

71. Titulus sancti Wandregisili abbatis cenobii Fontanellæ.

Fons vitæ dulcis, dissolvens pocula mortis,
Hanc tibi consocia, vitam requiemque ministra;
Fratribus et requiem nostris concede perhennem;
Vos eadem nostris precibus conferre velitis.

Orate pro domno abbate Mainardo, Girardo, Gradulfo, Rotberto, Girberto, abbatibus; Nicholao mona-

1. « Recentiori manu et atramento. »

cho, Aszone monacho, Ambrosio monacho, Gregorio monacho, Gisleberto monacho, Johanne monacho, Milone monacho, Juliano monacho, Ansberto monacho, Gisleberto laico, Rogerio monacho, Rotberto, Rogerio, Martino, Rotberto, Anselmo, Adelino, Godefrido monacho, Fulcone monacho, Benedicto monacho, Fulcoldo monacho, Willelmo monacho, Walterio monacho, Goisfredo monacho, Goscelino monacho, Hugone monacho, Rogerio laico, Gomundo laico, Ricardo laico, Alberico laico, Terboldo laico, Ivo laicus, Herberto laico, Warengero laico, Goscelino laico, Ascelino laico, Radulfo priore, Drogo priore, Rogero priore, Ivo, Benedicto priore, Hugo priore, Rotberto, Waltero, Teoderico, Goscelino, Warnero, Tetboldo, Havisa, Heluina, Bencelina, Maria, Richeldis, Avisa. V kalendas septembris obiit Willelmus, sacerdos de Rotenio et monachus sancti Wandregisili ad succurrendum.

72. Titulus sanctæ Mariæ Vilarensis.

Sedibus æthereis maneat sociata Mathildis ;
Absit ei pœna ; juvet illam virgo Maria.
Angelicus cœtus, divina lege repletus,
Propitius fieri quærat sine fine Mathildi.
Ecclesiæ lumen fuit hæc, miserisque juvamen.
Cœli doctrinæ cupiens submittere sese,
Subdita divinis rebus terrena reliquit.
Christus ei requiem concedat habere perhennem.

Elizabet abbatissa fundatrix hujus ecclesiæ, Beatrix abbatissa, Advenia, Bona, Sefridis, Juliana, Albereda, Adelaidis, Albereda, et aliæ multæ quarum Deus misereatur.

73. Titulus sanctæ Trinitatis Fiscanni.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Ricardo et Ricardo, ducibus; Willelmo, Johanne, Willelmo, abbatibus; Johanne, Tanquardo, Johanne, Nigello, Osmundo, Winemaro, Rogerio, Hetselino, Sigifrido, Heltone, Giraldo, Herberto, Hugone, Rotberto, Giraldo, Turaldo, et aliis quorum nomina in æterna beatitudine sint asscripta. Amen.

74. Titulus sanctæ Fidis Longevillæ.

Anima ejus et animæ omnium defunctorum fidelium requiescant in pace. Orate pro nostris, Waltero Giffardo, Nargaldo priore, Gotranno, Herbranno, et aliis quorum nomina in æterna beatitudine sint asscripta. Amen.

75. Titulus sancti Victoris martyris.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Qui fraterna petunt, pensent fraterna rependi;
Orent ut tempus veniat nostri miserendi.
Undique concutimur, nulla spem dante quiete.
Defunctis saltem requies sit nescia mete.

Orate pro nostris, Radulfo, Coisfredo, Geroldo, Rotberto, abbatibus, et pro Gisleberto, Gertranno, Osberno, Osulfo, Fulchuino, et ceteris fratribus.

76. Titulus sanctæ Mariæ Rotomagensis.

Hæc sacrata Deo mulier summi mulierum
Regis sponsarum mater honesta fuit.
Hæc matronarum matrona decusque suarum,
Namque sibi vixit, vixit et ipsa suis.

Hæc tandem, meritis fulgens et plena dierum,
Mundanæ sortis conditione ruit.
Ergo fraterna Dominum pietate precemur,
Quatenus æternam donet ei requiem.

Orate pro nostris, Mauricio, Johanne, Willelmo, archiepiscopis; Ricardo archidiacono, Benedicto archidiacono, Rogero canonico, Thoma canonico, Willelmo canonico, Rogero, Burningo, Rainaldo, et aliis quorum nomina Deus scit.

Item

Si quit defuncto versus lacrimæque valerent,
Versus ac lacrimas effundere quique studerent;
Sed quia nil prodest versus lacrimasve notare,
Sic etenim vitam nullus poterit reparare,
Votis instandum, precibus reor invigilandum,
Ut quicquid maculæ contraxit conditione
Corporea cujus hæc cartula denotat actus,
Donet Christus ei sedem præstans requiei,
Ut duce virgineis Christo conjuncta coreis,
Perpetuæ lucem patriæ mereatur habere.

77. Titulus sancti Amandi Rothomagensis.

Orate pro nostris, Emma abbatissa, Benscelina decana, Cecilia canonica, Basilia monacha, Hatvid decana, Emma monacha, Supplicia monacha, Eremburgis monacha, Emma monacha, Cecilia monacha, et omnibus aliis quorum animæ requiescant in pace. Amen.

78. Titulus sancti Petri sanctique Audoeni Rothomagensis ecclesiæ.

Hæc mater, morum probitas nutrixque sororum,
Contempsit florem mundi, servando pudorem.
Ergo, Messia, genuit quem virgo Maria,
Ne reprobi testes noceant sibi, gaudia præstes.

Orate pro nostris defunctis, Nicholao abbate, Rotberto, Fulberto, Nicholao, Rotberto, Turoldo, Ricardo, Rogerio Murieldis, Rotberto, Willelmo, Odone, Gosfrido, Ursone, Rogerio, et aliis omnibus quorum nomina Deus scit.

79. Titulus sanctæ Trinitatis Rotomagi.

Christe, Dei patris virtus et gloria matris,
Nostros errores miseratus necne dolores,
Qui bona das gratis, huic tende manum pietatis,
Ut tibi conjuncta fragili sit corpore functa,
Ac tecum vivat, quam vita mors fera privat.

Orate pro nostris abbatibus, Isemberto, Rainerio; Gozelino monacho, Odone monacho, Nicholao monacho, Godefrido monacho, Goiffredo monacho, Radulfo monacho, Azone monacho, Radulfo monacho, Benigno monacho, Viviano monacho, Balduino monacho, Tedfredo monacho, Walterio monacho, et aliis omnibus. Gislebertus de Aquila.

80. Titulus sancti Pauli Rothomagi.

Non hanc condempnet sententia judicialis;
Regna superna Dei sibi gratia det venialis,
Nec quod peccavit perpes vindicta sequatur.
Qua gaudet requie justorum turma fruatur.

Orate pro nostris, Hugolina, Alberada, Ansfrida, Emma, Benedicta, Caterina, Richildis, Emma, Deifrida, Ermeneldis, Mathildis.

81. Titulus sancti Salvatoris Ebroicensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, et nos pro vestris, Hersinda abbatissa,

Agnes priorissa, Avicia monacha, Murieldis monacha, et ceteris aliis quorum nomina Deus scit.

82. Titulus sanctæ Mariæ Ebroicensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate pro defunctis nostris, Gisleberto episcopo, Rotberto archidiacono, Hugone cantore, Teizone, Roberto, Willelmo, sacerdotibus.

83. Titulus sancti Taurini episcopi Ebroicensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

Quod petitis vestris, nostris persolvite functis.

Orate pro domno Fulcheranno abbate, Frotmundo abbate, Restaudo abbate, Tovone abbate, Radulfo abbate, Arnulfo abbate, Acardo monacho, Mauro monacho, Rainaldo monacho, Osulfo monacho, Rannulfo monacho, Hugone monacho, Hunfredo monacho, Osmundo monacho, Ernaldo priore, Rogero monacho, Rotberto monacho, Vitale monacho, Benedicto puero, Gualtero monacho, Guillelmo laico, Hunfredo presbitero, et pro aliis omnibus defunctis quorum nomina Deus scit.

84. Titulus sancti Petri Castellionis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum requiescant in pace. Orate ergo pro nostris, pro domno Guillelmo abbate, Theotardo abbate, Gunduino priore, Rotberto, Gerelmo, Radulfo c., Herberto monacho, et pro aliis.

Item ejusdem cœnobii.

Lux fugiens et nox veniens carmen breviabit,
Versiculos paucos in rotuloque dabit.
Quanquam tardetur grave quidquid[1] notare videtur,
Hoc breve scribo tamen : hæc requiescat. Amen.

85. Titulus sanctæ Marie Liræ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris abbatibus, Rotberto, Barnone, Erphasto, Ernaldo, Hildeberto; et pro monachis, Gundranno, Gundelino, Fulcuino, Gunfrido, Guarino, Bencelino, Ernaldo, Rotberto; Hugone Asino; Willelmo comite, Adeliz, Willelmo de Britolio, et pro omnibus fratribus et benefactoribus nostris.

86. Titulus sanctæ Mariæ sanctique Petri apostoli ac sancti Ebrulfi confessoris Uticensis cœnobii.

Anima ejus et animæ omnium defunctorum fidelium, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

87. Titulus sanctæ Mariæ Bernai.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum in Christi nomine requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Vitali abbate, Radulfo abbate, Richerio priore, Fulberto priore, Benedicto, Radulfo, Anschitillo, Auberto, Willelmo, Warnerio, Rogerio, Radulfo, Hugone, Acardo, Nicholao, Willelmo, Odelina femina, Radulfo, et aliis quorum nomina Deus scit. Hugone, Beatrix.

1. La mesure du vers semble demander la leçon « quidque. »

88. Titulus sanctæ Mariæ Divæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Ainardo abbate, Lecelina comitissa, Fulcone, Benedicto, Rodulfo, abbatibus; Herberto monacho, Hunfrido monacho, Roscelino monacho, Vitale monacho, Willelmo monacho, Rodulfo laico, Rotberto laico, et pro omnibus fratribus et benefactoribus nostris.

89. Titulus sanctæ Mariæ sanctique Severi confessoris.

Felix semper erit hæc abbatissa Mathildis,
Si bene sic vixit, ut præsens cartula dixit;
Terrea possedit, cœlestia semper amavit;
Fletibus ecce caret, gaudia semper habet;
Perpetuam requiem det sibi Christus. Amen.

Orate pro nostris defunctis, Ascelino abbate, Guidone monacho, Rogerio laico, Odone, Rogerio, et aliis omnibus, Unfrido, Richildis, Ada, Guillelmo laico, Tetbergi.

90. Titulus sancti Vigoris Cerasiensis.

Quam cupimus nobis, sint vobis dona salutis,
Qui finem matris tractatis questibus atris.
Ob matris lætum, moneo vos, linquite fletum :
Tollitur angelicis qui vixit taliter ulnis
In cœlum, verax ut signat epistola vestra.
Nos tamen hunc superas precibus tollemus in auras;
Vos eadem nostris persolvite jura vicissim :

Scilicet Durando abbate, Almodo abbate, Guarino abbate, Radulfo, Gualtero, Frodone, Nicholao, Ricoardo, Rotberto, Ansfrido, Gualtero, Columbano, Petro, et alii quorum nomina Deus scit.

91. Titulus sanctæ Mariæ Montisburgi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, ut oravimus pro vestris, scilicet domno abbate Rogero, Ricardo de Reveris, Willelmo monacho, Rocelino monacho, Roberto monacho, Turgiso monacho, Odo monaco, Osberno monaco, Serlo monacho, Tursteno, Roberto, Gislebertus filius Rogerii de Magnevilla, Agnes mater ejus, Anschitillo, Willelmo, Nigello, Lescelina, Emma, Mabilia, Eddeva, Lamberto, et pro aliis quorum nomina Deus novit.

92. Titulus sanctæ Trinitatis Exaquii.

Vos faciat lætas qui fecit in æthere metas,
Ut faciem regis cernatis cunctipotentis.
Sit qui dicat amen, cui sit sub pectore flamen.
Pellifer adveniens, partes nostras quoque tangens,
Vester conspicuam devolvit in ordine cartam,
Quæ fatum vestræ matris vitam quoque plene
Continet, ad sedem quam rex vehat altus et ædem,
Quo gaudent sancti splendentes lumine cœli,
In requie summa potientes pace diurna.
Gloria quæ capiat nos et vos hoc Deus addat,
Et vos cum vestra vivatis matre beata,
Et nos prelatos cernamus in æthre locatos.
Reddite vos nostris quod vultis nos dare vestris :

Eudoni dapifero, Rogero, Radulfo, Godefrido, Gauffrido, abbatibus; Radulfo monacho, Anschitillo monacho, Rogerio, Bertino, Safaro, Wimero, Willelmo, Roberto, Ebroino, Salomoni, Roberto, Herberto, Ricardo, Tetmaro, Vitali, Rogerio, Nicholao, Benedicto, Turstino, Anschitillo, Roberto, Radulfo, Ricardo, Ha-

dewisæ, Willelmo, Dere, et aliis quorum nomina. Deus scit.

93. Titulus sancti Bartholomei Novi Beneventi.

Anima Mathildis abbatissæ et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis, scilicet domno Unberto priore, Raimundo, Bosone, Atone, Rainaudo, Bernardo, Aimoino, Geraldo, Gosberto, Arnaldo, Goscelino, Beraldo, Geraldo, Constantino, Radulfo, et ceteris quorum nomina Deus scit.

94. Titulus sanctæ Mariæ Constantiensis ecclesiæ.

Mathildis ! si te potuissent reddere vitæ
Plangere, tristari, lacrimas dare, versificari,
Fletibus instarem, vel versibus invigilarem.
Sed labor hic quare, si te nequeam reparare?
Non igitur lacrimis aut versibus invigilabo,
Sed precibus, psalmis, te supplice voce juvabo.
Missæ cantentur, cordis suspiria dentur;
Talia solamen facient his atque juvamen.
Linquite jam planctum; pro planctu reddite cantum.
Non est hoc lætum quo vos deceat dare fletum;
De quo gaudendum credo, non esse dolendum.
Nam mundi florem spernens hæc atque decorem,
Se castigando, carnem quoque mortificando,
In se plantavit virtutes, noxia cavit,
Mundo pugnavit, Domino sua seque dicavit.
Cui se conjunxit dum mundi carcere vixit,
Cui se donavit, quem solum semper amavit,
Huic conjungatur, et amæna luce fruatur.

Orate pro nostris, scilicet Gaufrido episcopo, Raginaldo, Alveredo, Tescelino, canonicis; Roberto sacer-

dote, Herberto, Gisleberto, [[1]Rotgerio, Amelio, Cina, Arberto, Geraldo, Amlerberga, Armodis, Iterio, Geraldo, Geraldo, Geraldo, Aimarico, Bernardo, Imberga, Cnaldo[2], Hermando].

95. Titulus Abricensis ecclesiæ sancti Andreæ.

Si qui scripserunt Mathildis facta, fuerunt
Vel sunt veridici, nec more loquuntur amici.
Deponat[3] fletus olim junctus sibi cœtus,
Atque vacet cura, quia non est jam moritura.
Nunc est gaudendum, vel votis subveniendum,
Pulvere cum vitæ sit nulla caro sine lite,
In se regnare quam Paulus flebat amare;
Sed dum supponi poterat mortis ditioni,
[Semper] erat flendum potius semperque timendum
. . . . . veri ne posset amore moveri
. . . . tura post mortem fando futura
. . . . . preciosa dolenda malorum
. . . . ire nos stringunt vincula jure
. . . . . ut nulla coerceat ætas
. . . . . si quid discedit amenus.
Sed. . . . . dona precesque dedisse
Qui facit. . . . . succurrit amico.

Item.

Prima parens primusque pater, dum magnificari
Se cuperent, subito lapsu sedem requiei
Amisere, datumque fuit sub morte perenni
Triste piare nefas et justas solvere pœnas.
At Verbum de patre Deo, de lumine lumen,
Virginis ex utero Deus est satus intemeratæ,
Qui cum [m]ore rei morti succumberet, inde

1. « Recentiori manu et atramento. »
2. Peut-être pour : « Ernaudo. »
3. « Deponatur, » dans la copie.

Tanquam de somno surgens, ut dixerat ante,
Diluit omne malum, peccataque nostra resolvit,
Et dedit ad patriam, jam longo tempore clausam,
Ut redeant homines, mandata Dei facientes.
At mundi vitam fragilem transgressa Mathildis
Sanctorum felicibus associata choreis,
Obtineat pacem per secula cuncta perhennem.

Bernardus monachus, Stephana, Giraldus monachus, Gaucelinus. Orate pro nostris, Johanne, Michaele, episcopis; Hugone, Guarnerio, Gaudino, archidiaconis; Johanne scolastico, Ursone decano, Willelmo et Petro, thesaurariis; Anchitillo, Michaele canonicis.

96. Titulus sancti Michaelis archangeli de periculo maris.

Istius matris flamen societur in astris
Civibus æthereis, precibus sancti Michaelis.
Nec mortis nomen nec averni sentiat omen.
Consocientur ibi fratres hic subtitulati :

Rannulfus, Mathias, Scollandus, Rannulfus, abbates; Mainus monachus, Walterus monachus, Ansgerus monachus, Odo monachus, Herbertus monachus, Rotbertus monachus, Willelmus monachus, Naymo monachus, Rotbertus monachus, Rogerus monachus, Gauslinus monachus, Ermenaldus monachus, Hugo monachus, Willelmus laicus, Herveus clericus, Hamelius miles, Osbernus laicus, Willelmus laicus, Ewen laicus, Osbernus, Petrus monachus, Willelmus laicus, Rannulfus Tisun laicus, Henricus laicus, Hugo laicus, Johannes laicus, Hildiarda femina, Absendis femina, Beliardis femina, Ermenildis femina, et cuncti alii quorum nomina liber vitæ retineat. Wimundus

clericus, Rannulfus laicus, Leodegardis femina, Radulfus laicus, Wimarcha femina, Mathildis femina.

97. Titulus sancti Melanii Redonensis.

Nemo potest nulla penitus culpa maculari,
Quam qui committit, omnipote[n]sve ferit.
Unde vel exigua matrem constat maculatam;
Cui prece succurri turba pudica petit.
Ast astu Zabuli nequam quamcumque patravit,
Pœna suspensa, deleat omnipotens.

Orate pro nostris, Eveno, Gervasio, Herveo, abbatibus; Huberto, Karadoco, Giraldus, Gaufrido monacho; Rogerio, Maino, Silvestro, episcopis; Conano, Alano, Gaufrido, Conano, comitibus; Berta, Constantia, comitissis, et ceteris quorum nomina Deus novit.

98. Titulus sancti Georgii Redonensis.

Anima ejus et animæ omnium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Adela abbatisa, Hodierna abatisa, Mathilde, Agnete, Hildiburge, pro Roberto sacerdote, et pro aliis quorum nomina non sunt scripta volumine in hoc.

Carne tegi nostra non respuit omnicreator;
Sed pietate sua nostri generis reparator
Virginis intactæ dignatur claustra subire,
Ut genus humanum cœlestia possit adire,
Quod mors sæva suo pressum sub jure tenebat,
Atque gravans illud non respirare sinebat.
Istius igitur non est de morte dolendum,
Immo psallendum est sanctis atque canendum,
Quorum per nimium consorcia gaudet ademptam,
Sese cum videat tanto de turbine demptam.

Hæc bona Mathildis fuit ecclesiastica multum,

Atque suo sponso devota per omnia tantum.
Sed bonitas et simplicitas nobis notuere :
Nam de matre bona processit filia vere
Stulta, nimis viciosa, satis data nequiciei,
Nempe suo sponso nunquam devota fideli.
Suscipiat mater cum sponso gaudia cœli.

99. Titulus sancti Meuvenni Guadellensis.

Illa fuit mulier mundum quæ prima peremit ;
Illa fuit mulier quæ mundum morte redemit.
Hæc Adam primum suadendo duxit ad immum ;
Obediens virgo revocat de morte fideles.
Femina peccavit, sed crimina virgo piavit.
Ergo paci data Mathildis [non] plangite fata ;
Mathildis omnes orent pro morte fideles :
Nam sprevit mundum, vittans quasi nauta profundum,
Sprevit divitias et mundi philosofias ;
Vestes, thesaurum, argentum sprevit et aurum :
Quicquid in his habuit pauperibus tribuit.
Ergo mercedes Christi redemptur in ædes
Pro meritis justæ, nam semper vixit honeste.
Hanc in sede pia gaudentem sancta Maria
Collocet, ut videat, tartara ne timeat.
Dicite pro nostris quod vultis dicere vestris :

Pro Roberto abbate, pro Judicaelo abbate, pro Hinguetino abbate, et pro nostris monachis Mauricio, Agano, Benedicto, Walterio, Hingando, Lungomaro, Mainkyo, Arnulfo, Danielo, Herveo, et pro cunctis fideli[bu]s defunctis.

100. Titulus sanctæ Mariæ Heremipenpont.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, ut oravimus pro vestris, scilicet domno Adgano, Mauricio, Hingando

episcopo, Benedicto, et pro aliis quorum nomina Deus novit.

101. Titulus sancti Salvatoris Rotonensis.

Mathildis vitam vivendo duxit honestam;
Mathildis munda, prudens fuit et pudibunda,
Pulchra, decens, casta, nulli pietate secunda;
In vultu mœsta fuit et sermone modesta.
Dum nesciret adhuc discernere, tradita Christo,
Christo servivit, cum quo super æthera vivit.
In claustro nutrita fuit, viciumque perosa
Jejunans, vigilans, paciens obprobria multa,
Mundum contensit animo mundanaque jura.
Abbatissa fuit tandem, Dominumque secuta
Pauperibus larga multum fuit et sibi parcha;
Parca sibi victu fuit hæc necnon et amictu :
Sic præpollebat cunctis, cunctisque placebat.
Sed sine sæpe mora rapit hinc Dominus meliora;
Hæc etenim rapitur, sed ei jam vita paratur :
Vita paratur ei, non hæc, sed vita perennis.
Sic hæc perpetuo cum Christo regnat in ewo.
Ergo servite Domino Dominumque timete,
Omnes qui vultis vobis hæc tanta parari.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, ut oravimus pro vestris, Glemarroco abbate scilicet donno abbate Bili, Justinus abbas, Almodus abbas, Gauterius abbas, Heoiarnus monachus, Godefredus monachus, Daniel, Eudonus prior, Stephanus monachus, Revescenus, Eudonus monachus, Arscuidus monachus, Aufredus, Bernardus, Berhaudus, Marcherius monachus, Mainfinidus eremita, et pro aliis quorum nomina Deus scit.

102. Titulus sancti Gildasii de Saltu.

Anima ejus et animæ fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Rodaldo abbate, Magno abbate, Hurvodio abbate, et aliis fratribus defunctis.

103. Titulus sancti Martini Vertavensis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum animæ requiescant in pace. Amen.

Quod petitis vestris, hoc cunctis reddite nostris,
Ut det eis regnum perpes qui regnat in ævum.

104. Titulus sancti Petri Nannetis.

Turba puellaris cur plangis? Cur lacrimaris?
Cur gemis et quereris? Cur tua membra feris?
Qui semel exivit, lacrimis non denuo vivit;
Non dolor aut lacrimæ proficiunt animæ.
Ergo tuos fletus depone, piissime cœtus;
Funde preces potius, hoc erit utilius;
Nostraque censura si vobis est placitura,
Quod melius scimus, consilium dabimus.
Abbatissa gregis Cecilia filia regis
Facta sit : illud erit quod melius poterit.
Non videt in rebus, quamvis videt omnia, Phœbus
Quæ magis eniteat, quam magis hoc deceat.

. . . . . Archidiaconi.

Hæc anus et virgo, cum preferretur honore,
Cunctis obsequio subdita semper erat;
Se vilem reputans, preciosior omnibus inde,
Non habuit fastum, cum generosa foret.
Viva Deo, mundo jam mortua, pauca reservans,
Multa dabat, multis dives egensque sibi.

105. Titulus sancti Pauli apostoli Cormariensis.

Cui se devovit, qualis fuit hæc, bene novit.

Quicquid abest merito, quod casu traxit avito,
Deleat omnipotens, trinus et unus. Amen.

Orate pro nostris, Simone, Bernerio, Johanne, Bartholomæo, et aliis fratribus nostris.

106. Titulus scolarium sub Dulgerio, nulli philosophorum secundo,.... cancium.

Hæc oleo, myrra, nardo, se thure piavit :
Sic nova facta viam virtutum mente paravit.
Hæc deitatis ope mundi fugientia pressit ;
Sprevit divitias hæc deitatis ope.
Non igitur flentes pro morte sua videamur,
Sed simili modulo Christum gaudendo sequamur.

Si posset lacrimis ad vitam quis revocari,
Vobis compatiens, hortarer tunc lacrimari ;
Sed cum nos totiens homines videamus obire,
Ad vitam potuit pro fletu nemo redire.
Cum nil proficiat, ergo deponite fletus,
Atque preces potius hic curet fundere cœtus.
Interiit mater, patrem pro matre rogate,
Atque rogando patrem, matrem sibi conciliate.

107. Titulus sancti Florentii Glonensis.

Ante Dei vultum cum nil remanebit inultum,
Sit sibi solamen trinus et unus. Amen.
Quod vultis fieri vestris, hoc reddite nostris :

Abbatibus Frederico et Sigoni, et toti conventui.

108. Titulus sancti Mauritii Andegavensis.

In sexu fragili virtus non parva probatur,
Quod natura petit, si quoddam vi superatur.
Femina set fuit hæc, quæ tandem desiit esse,
Cumque fuisset homo, fuit hanc obisse necesse.
Femina cum foret hæc, non vixit femina carne,

Ne male vivendo sese sociaret Agarne.
Ergo cum vellet peccare, nec exequeretur,
Jam non immerito nobis laudanda videtur.
Quod si contigit hanc de carnis mole gravari,
Contingat, genitrice Dei mediante, piari.

109. Titulus sancti Nicholai Andecavensis cœnobii.

Oravimus pro vobis, orate pro defunctis nostris, pro abbate Natali, et pro aliis fratribus nostris. Amen.

110. Titulus sanctæ Trinitatis Belliloci.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, pro abbate Bertranno, pro Judicaelo, pro Hugone, pro Mauricio, pro Rainaldo, pro Andrea, pro Arraldo et pro Arduino, et pro aliis quorum nomina Deus scit. Leodegario, Bernardo.

111. Titulus almæ Crucis Pictavis.

Oravimus pro vobis, orate pro nostris : Petronilla abbatissa, Geila, Ylaria, Guitburgis, Elisabet, Rainsend, Rixendis, Arsendis, Cecilia, Adinoris, Petronilla, Adinoris, Isemburgis. Animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

112. Titulus sancti Teoderici abbatis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, pro abbate Alberto, Rainbaldo, Richero, Rodulfo.

113. Titulus sancti Albini, episcopi Andecavensis.

Anima ejus requiescat in pace, et animæ omnium fi-

delium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, pro vivis et defunctis.

114. Titulus sanctorum Christi martyrum Sergii et Bachi.

Anima ejus requiescat in pace. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, Turgiso et Aurico.

115. Titulus sancti Mauri.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Petro abbate, Girardo abbate, Petro monacho, Stephano monacho, Herveo monacho, Rannulfo monacho, et pro aliis nostris defunctis, quorum Deus scit nomina.

116. Titulus sanctæ Mariæ Cunaldi.

Anima ejus requieścat in pace. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, scilicet Petro abbate, Bernardo monacho, Gaufrido monacho, Gerberto monacho, Hylario monacho, Stephano monacho, Petro monacho, Arnaldo monacho, Garnerio monacho, et omnibus aliis. Nicholao.

Huic abbatissæ det Christus gaudia vitæ ;
Ut cum virgineis possit migrare coreis.

117. Titulus sancti Florentii Salmuriensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris defunctis, Frederico abbate, Sigone abbate, Ademaro, Johanne, Ingenulfo, Vitale, Fulcone, Gautberto, Girardo, Umbaldo, et pro omnibus aliis nostris defunctis.

118. Titulus sancti Petri Burgulii.

Si mors est aliquid, aut est substantia præsens,
Aut est acciduum, vel nichil esse liquet.

Res enim ambigua est quoniam substantia non est,
Subjectumque suum non nocet occiduum.
Conveniens [et] enim est hæc diffinitio morti :
Non igitur superest nomen habere rei.
Ergo nil esse dicendum credo necesse,
Dicat Aristoteles, vel Plato, vel Socrates.
Vos qui lugetis et sic de morte doletis,
Parcite; non doleo, quod nichil esse probo.
Non est carminibus indiga, sed precibus.

Huic succur[r]e, Deus, ne lædat eam manichæus,
Cumque beatarum grege fac regnare tuarum.
Mater multarum fuit ista Dei famularum,
Quas bene si pavit, Deus hanc super astra levavit,
Deinde coronavit, et cœtibus associavit
Angelicis, curet (?) Dominoque suisque futura.

Anima ejus requiescat in pace. Orate pro nostris Rotberto cantore, Aymerico abbate, et aliis multis.

119. Titulus sancti Martini Turonensis.

Versus Arduini.

Femina femineum domuit non femina sexum,
Mathildis, mente non femina, femina carne;
Femina nata quidem, sed in actibus exuit illam,
Ex quo nata, Deo data, plena Deo, monachata;
Sic crevit corpus, crevit cum corpore virtus;
Post pastoralis, non hoc facientibus annis,
Sed meritis, illi baculus datur illa neganti,
Sicque decem lustris vivens et quatuor annis,
Deque bona totidem nunc optima facta,
Mundum deseruit et cum Christo requiescit.

120. Titulus sancti Juliani martyris Turonensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate pro

nostris, Bernardo, Gaufrido, Geraldo laico, Geraldo, Drogone, Tetbaldo, Algerio, Letardo, et aliis.

121. Titulus sanctæ Mariæ Bellimontis.

Legibus inferni careant, et gaudia cœli
Possideant animæ præsenti luce potitæ.
Vos quibus auxilium petitis de more benignum,
Quodque bonum vestris rogitatis, solvite nostris :

Hahvise abbatisse, Aremburgis priorissa, Adelina, Milisindis, Ascelinæ, et aliarum quarum nomina scit Deus.

122. Titulus sanctæ Mariæ Nucariensis.

Res inepta, male cepta, importuno tempore,
Fol vilane, sero, mane, morieris frigore;
Ergo vade, ne te trade morti pro pecunia.
Abbatissæ psalmi, missæ, conferent suffragia,
Non scriptura vel pictura rotuli, quem bajulas,
In quo versus tu perversus supplex scribi postulas.

123. Titulus sancti Petri sedis Pictavis.

Sæpe dedi verum de natura mulierum,
Quam naturale sit eis et perpetuale
Fallere credentes, nec amare nisi insipientes.
Nunc quoque pro more solito mihi stabat in ore
Carmine detegere probra quæ scio de muliere ;
Sed pro rolligeri precibus placet ista taceri,
Qui nil turpe sibi cogit prece supplice scribi.
Hujus ergo favi precibus, convicia cavi.
Quando vivus ero, plene me dicere spero
Quando prior veniet rotulus. . . . .
Cœlica gaudia fine carentia conferat isti
Quæ lavat omnia crimina noxia gratia Christi.

Item ejusdem.

Rima superposita dat scire monastica vita
Quo jam ascendit quorsum sua regula tendit.

Orate pro nostris, Isemberto pontifice, Umberto decano, Radulfo, Petro Galterii, archidiaconis, Gaufredo cantore, Theofredo subcantore, et aliis quorum nomina scit Deus solus.

124. Titulus sancti Hilarii Pictavensis episcopi.

Hanc in sorte pia sanctorum, sancta Maria,
Inter virgineas dignare locare choreas,
Quæ tibi cum Christo, mundo dum vixit in isto,
Ultra quam fari valeo, studuit famulari.

125. Titulus sanctæ Radegundis reginæ Pictavis.

Christe, sator rerum, lumen de lumine verum,
Huic confer matri pœnas nescire baratri,
Et statuas cœlis, quibus emicat ordo fidelis.
Rolliger, hæc a me fer non noxia famæ.

Item ejusdem est.

Proh dolor ! Eva, parens humanæ conditionis,
Fons et origo fuit horrendæ perditionis.
Costa viro sumpta fuit, inde creata virago,
Fraude sua cujus dampnatur tota propago.
Decipiendo virum fit signum decipiendi :
Sic qui credit eas, habet exemplum pereundi.
Femina tota malum, res atra, miserrima, vilis :
Qui se credit eis, est ille nimis puerilis.
Dum quid sit mulier per singula scribere vellem,
Rolliger a nobis conatur tollere pellem.

Orate pro nostris, Winemaro priore, Gosberto cantore, Petro cantore, Johanne succentore, Stephano, Fulcone, et pro aliis.

Versus Tescelini.

Regula splendida castaque, sobria, sanctificata
Omnibus est quibus ordo placet vel vita beata.
Norma prioribus est data patribus, at ratione

Jam mala devia plena per omnia proditione.
Namque parentes recta docentes instituere
Omnibus istam ducere vitam qui voluere,
Ut sibi conscia mens foret annua si volet, an non,
Postque dolenti nec renuenti defore damnum
Insidiantur, sic modo dantur grata domellis,
Ut moveantur vel rapiantur munere cellis.
Gens mala, turgida, fallere conscia, fallere tentat
Dulcibus aspera, lumine devia, seque cruentat :
Hanc, juvenes canique senes, moneo, fugiatis.
Auxilium vel consilium fert impietatis.
Vos ducibus gratas et conjugio copulatas
Admoneo, nigrum cœtum contemnite pigrum,
Ad benedicendum quem creditis ad faciendum;
Non censetur ita de cunctis; tu quoque vita,
O juvenilis, quis latet imis res puerilis.
Ortor item quod anus vos omnes despiciatis,
Ludere liberius dilectis ut valeatis;
Consiliis obsunt vestris, turbare parata
Colloquia tractant, et ob has vitatur amata;
Turpis anus, rugosa cutis stat, turbida vultu;
Invidet his pulcras quas cernit divite cultu.
Regia progenies se talibus extulit istis;
Quam Deus æthereis justus locet ipse choreis.

126. Titulus sancti Johannis evangelistæ Novi Monasterii Pictavis.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, pro domno Gaufredo, Aquitanorum duce; pro domno Widone abbate, Geraldo abbate, Letbaldo abbate, Johanne priore, Witale sacrista, Ricardo elemosinario, Lamberto sacrista, Garino, Tetbaldo, Johanne, Gaufredo, Jaquilinus, Heliardus, Hubertus, Ingelaydis, et aliorum quorum nomina Deus scit.

127. Titulus sanctæ Trinitatis Pictavis.

Oravimus pro nostris, orate pro vestris. Anima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Pro domna Ala comitissa, pro Alaidis abbatissa, pro Hodierna abbatissa, pro Agnes abbatissa, Leocricia, pro abbatissa Engeoltrudis, pro Petronilla, pro Ermengardis, pro Anastasia, pro Arsendis, pro Maencia, pro Gersendis, pro Guillelmo milite, pro Bertrando milite, pro Alaidis, pro Lucia, pro Ilaria, pro Ilaria, pro Aina, pro Gelia, pro Maria, pro Petronilla, pro Miscia, pro Aina.

128. Titulus sancti Cipriani Pictavis.

Orate pro nostris, oravimus pro vestris, pro Rainaldo abbate, Ademaro laico, et Stephano laico, Bernardo laico, Adelelmo laico, Gaufredo laico, Henrico laico, Petronilla laica, et aliis pluribus. Ausendis laica.

129. Titulus sancti Benedicti episcopi Quinciaci.

Quod vultis fieri vestris, hoc reddite nostris.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Johanne abbate, Gunbaudo abbate, Odone monacho, Felice monacho, Petrone d[iacono], Rotberto d[iacono], et aliis quorum nomina Deus scit.

130. Titulus sancti Juniani Nobiliacensis.

Animæ abbatissæ hujus et aliis fidelibus defunctis det Deus bravium vitæ perhennis. Poscimus hoc nostris quod precatis vestris. Orate pro domno Petro abbate, Bertrando abbate, Rainaldo priore, Gervasio cantore, Andrea monacho, Petro monacho, Elia monacho, Bernardo monacho, Petro monacho, Adfredo monacho,

Iterio monacho, Rainaldo monacho, Ramnulfo monacho, Ugone monacho, Jordano laico, Radulfo laico, Airaldo laico, Rainaldo laico, Segoino monacho, Ugone laico, Toma laico, Benedicto laico, Zacaria laico, Agnete femina, Aimerico laico, et pro omnibus aliis defunctis, ex aqua et spiritu sancto regeneratis.

131. Titulus beati adjutoris Maxencii.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Quod petitis vestris, nostris impendite cunctis :

Pro abbatibus Aimerico, Archimbaldo, Benedicto, Adam, Ansegiso, Garnerio ; Giraudo priore, Lamberto, Rainaldo, Audeberto, Guillelmo, Guillelmo, Hunberto, Goffredo, Stephano, Petro, Alaardo, Giraudo, Nicholao, Ingelberto, Girberto, Girberto, Gauterio, Garnerio, Aimerico, Petro, Giraudo, Gauterio, Aimerico, Acfredo, Martino, Hugo, Radulfo, Durando, Petro, Dorino, Andrea, Hunberga, Bea, Rainaldo, Petro, Giraudo, Audeberga, Uneldis, et cum aliis omnibus qui sunt cum Christo.

132. Titulus sancti Leodegarii, episcopi et martyris.

Hic Leodegarii titulus describitur almi,
Ut qui nunc fletur non pœna sibi dominetur.
Hoc regina poli quod poscimus impetret illi,
Cui nihil ipse negat qui nasci legit ab ipsa ;
Hoc Leodegarius presul martyrque beatus,
Omnes et sancti, retinet quos regia cœli.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, scilicet pro domno abbate Philippo, Arnaudo abbate, Martino

abbate, Gauslenus abbas, Hunbertus abbas, Johannes monachus, Rainaudus monachus, Gaufredus monachus, Constantinus monachus, Johanne laico, Andrea laico, Engelberto laico, Gaufredo laico, Hunberga monacha, Constantia, Emma, et ....

Istis et reliquis miserere Deus pietatis. Amen.

133. Titulus sancti Vincentii Nioliensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris.

Carcere de fragili, facto de cespite vili,
Procedunt animæ præfixo tempore nostræ.
Quæ dentur pœnæ, quæ poscant sidera plene,
Nulli nosse datur, dum carnis in æde moratur.
Post cursum vitæ, sub defectu stabilitæ,
Cunctis clarebit, nulli dubitare licebit.
Jamque tamen mundo qui degimus in moribundo,
Novimus hoc clare, nec enim fas est dubitare
Quod requies dignis debetur, pœna malignis.
Spiritus in stellis radiet sine fine Matildis,
Exoramus cœli regem pro plebe fideli.

134. Titulus sancti Petri Maliacensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris.

135. Titulus sanctæ Mariæ Magdalenæ Vizeliacensis cœnobii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Josceranno, Artaldo, abbatibus, et pro aliis, Stephano monacho, Gerardo monachò, Bertranno monacho, Hugone monacho, Antelino monacho, et pro ceteris quorum Deus nomina scit.

136. Titulus sancti Germani Autisiodorensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, idem facientes pro nostris; Bertranno, Iterio, Eustachio, Isembardo, Rotberto, Eustorgio, Duranno, Walterio, et pro ceteris quorum Deus nomina scit.

137. Hic titulus Cephæ, Pauli simul et Genovefæ.
Quod mundum vicit Mathildis epistola dicit.
Sed si cœlestem sponsum fecit sibi testem,
Sponsus cui nupsit ad se super æthera duxit,
Et bene dotavit, quia sponsam mirificavit.
Si quid ei nævi mora longi contulit ævi,
Jam leve purgamen det sibi Christus. Amen.

138. Titulus sanctæ Mariæ Lucionensis.

Forsitan est verum quod fertur de muliere :
Unde rogat rotulus? Voluit devota placere
Cœlesti sponso, cujus præcepta tenere.
Subjectas monachas studuit prælata docere.
Quod ne sit verum non immerito dubitamus,
Cum talem sexum nimium fragilem videamus.
Femineus sexus nobis mortem generavit :
Nam gustans vetitum, nos mortis lege ligavit.
Femineus sexus mundum dampnavit edendo;
Dampnat adhuc mundum mala femina decipiendo.
Cœlis ista tamen pace requiescat. Amen.

Orate pro omnibus nostris defunctis, pro abbatibus et fratribus nostris, Petronilla, Stephana, Constantinus, Genuinus, Gireldus, Rotberga, Petronilla.

139. Titulus sancti Petri Sanctonicæ sedis.

Cujus sit cartæ titulus prima lego parte.
Est Christo grata Mathildis virgo dicata,
Quæ, dum vivebat, nubsisse Deo cupiebat.

Christo velata, regali stirpe creata,
Sprevit mundana, quæ mundi gaudia vana;
Postea multarum princeps fuit hæc monacharum.
Per vitæ meritum, sub corde diu stabilitum,
Christi digna domo fuit abbatissa Quadomo,
Mathildis regimen nullum tribuit sibi crimen,
Nec sibi nec multis pullo velamine cultis,
Recte[1] quod docuit, vivere dum potuit.
Plures instruxit monachas et ad hethera duxit.
Finita meta mundi, stet in ethere læta,
Transeat ad cœlum, sprevit Veneris quia cœlum.
Mathildi desit, si quicquam criminis hæsit,
Et condonetur si quid nocuisse videtur.
. . . . . .[2]
Hujus, Christe, tuæ, pie rex, famulæ miserere,
Quæ vivens voluit normam pro posse tenere;
Sed si contraxit quæ posset culpa nocere,
Tolle sibi culpam, quæ nullam possit habere.

Huic abbatissæ, quam carta refert obiisse,
Omnes est æquum solvere vota precum.
Quæ, si credatur rotulo, quod testificatur,
Moribus enituit, femina sancta fuit.
Christo sacrata virgo fuit inviolata;
Templum facta Dei, semper adhæsit ei.
Corpus servavit, mentem quoque non maculavit,
Quamvis hoc raro fecerit ulla caro.
Nam licet a tactu corpus servetur et actu,
Mens desideriis æstuat in viciis;
Cogitat incestum, nec servat quid sit honestum;
Quæque cupit temere vult ea perficere,
Perque voluntatem corrumpit virginitatem,
Atque per illicitum pene perit meritum.

1. « Tecte » dans la copie.
2. « Il y a icy vingt-six vers omis, étant demi raturez, sans en pouvoir lire un seul entier. »

Jam tamen hæc meritæ suscepit præmia vitæ,
De qua dictamus, [cui] pia vota damus.
Jam nitet in cœlo, jam candida, jam sine velo,
Divinis donis consociata bonis.
Religiosorum tamen illi turma virorum,
Ut nos carminibus, subveniat precibus.
Vertitur in cinerem caro per primam mulierem :
Non caro corrueret, ni mulier fieret.
Femina formatur, hominum genus unde creatur,
Mortis principium, carnis et exicium.
Femina formatur, per quam vir decipiatur.
Heu ! facinus dirum, perdidit Eva virum.
Prodidit invitum data conjux prima maritum ;
Sumsit enim vetitum conjugis ob monitum.
Addit Adam tenebris amor et monitus muliebris ;
Prima cohegit eum mortis adesse reum.
Prima ruina mali conjux fuit Eva sodali ;
Sentimus meritum, scilicet interitum.
Omnis idem sentit vir, sentit femina, sentit
Infans, et juvenis spiritus atque senis.
Hæc abbatissa, ceu monstrat cartula missa,
Sensit idem fatum, matre priore datum.
Sed quaret illa malis, quæ casta fuit monialis ;
Non sibi mors nocuit, vivere cum rapuit.
Per fidei cultum fuit ecclesiastica multum ;
Nunc virtus fidim (?), credo, pepercit ei.
Si quid, dum vixit, male fecit vel male dixit,
Emundet facinus omnipotens Dominus.

140. Titulus sancti Michaelis de Heremo.

Anima sua et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, scilicet pro domno Ascone abbate, Ildeberto abbate, Johanne abbate, Aldoino priore, Johanne priore, Bartholomeo monacho, David prior,

Bartholomeo monacho, Radulfo monacho, Gliterio monacho, Rainaudo monacho, Rainaudo laico, Aimerico monacho, Uguone monacho, Rainaudo monacho, Ermengaudo monacho, Petro monacho, Johanne monacho, Guillelmo monacho, Johanne, Gisleberto monacho, Gyroppla, Raginaldus monachus, Mauricius.

Perstat culpa gravis dictis augere favorem :
Lingua nequid verbis ullum præstare valorem.
Mos est doctorum prolixe versificare,
Et quæ nescierint sua carmina multiplicare.
Corporis exitium retinet deplangere curam,
Atque malæ vitæ vitam superaddere puram.
Qui vivendo malus fuit, aut male morigeratus,
Versibus illorum fertur mansisse beatus;
Spiritus est flendus, non corpus quod moriatur;
Quod cinis a cinere, vermis de verme creatur,
Et quæ nil juvat. Hanc mulierem laude beari
In cœlis Christus jubeat sine fine locari. Amen.

Oravimus pro vestris. Orate pro nostris abbatibus, cum ceteris fratribus.

141. Titulus sancti Juliani de Prato.

Plurima Mathildis te laudat turba virorum,
Sed laudes hominis nequeunt dare regna polorum.
Cui sua facta nocent, nullius carmina prosunt;
Cernit cuncta Deus, nec falli numina possunt.
Laudari tamen hæc debet pro culmine morum,
Ut per eam multi capiant exempla bonorum.
Nobilis et sapiens, se caste custodiebat;
Pauperibus dives, sibi vivere parca volebat.
Pax fuit atque salus, dum vixit, amorque sororum,
Quas magis exemplo quam vi depressit honorum.
His ornata bonis fuit abbatissa Mathildis.

Quæ sibi subveniant, noceat ne callidus hostis,
Ut, cum summa dies claudetur, judice viso,
Cœtibus angelicis laudes canat in paradiso.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris. Johannes abbas, Eremburgis, Hodierna, Richildis, hæ quærunt veniam.

142. Titulus sancti Eutropii, martyris, atque Sanctonicæ urbis primi pontificis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei sine fine requiescant in pace. Amen.

Quod petitis vestris, placeat vobis dare nostris,

Scilicet Galterio, Ratbaldo, Berengario, Petro, Martino, Mainardo, Airaldo, Rannulfo, Benedicto, Adalaidi, Mariæ, Rainaldo, et aliis quam pluribus, quorum scit nomina Deus.

Sorte beatorum fruitur cœtus monachorum ;
Nunc affliguntur, nunc viles despiciuntur ;
Pro cunctis orant, alienaque crimina plorant.
Viles, pannosi, Domino fiunt preciosi.
At qui ridetis, nichil ex ratione videtis :
Dampnant gementes vestras insania mentes.
Vobis ploratus[1], gemitus, dolor immoderatus,
Accedet ; flentes eritis tunc ista luentes.
Sunt in mœrore monachi nimioque dolore,
Nil sibi fidentes, de judicio metuentes,
Expectant diram districti judicis iram,
Judicis adventum, quo quæque retecta patebunt.

143. Titulus sancti Viviani Sanctonensis.

Si præsens rotulus monachi de morte fuisset,

1. « Ploratis » dans la copie.

Mors illius mihi monachi multum placuisset :
A monachis vellem mundum nimis [vacuari],
Posset ut infernus contentus eis saciari.
Intrabunt alii regnum super astra perhenne.
Sed solis illis debetur pœna gehennæ
Sanctus enim Petrus. . . . . .
Illos arcebit ne cœlos ingredi[antur].
Deo. . . . . .
Primis temporibus veri sanctique fuerunt,
Et nichil in mundo monachi proprium tenuerunt,
Tota mente Deo semper servire parati,
Ex meritis vitæ per mundum magnificati ;
Montes et silvas desertaque rura colebant,
Cumque suis rebus totum. . . . . .
Parcus erat parum victus vestitus eorum.
Nec fuit his unquam mutatio grata locorum.
In cellis vitam soli stabiles heremitæ,
Angelicæ similem duxere per omnia vitæ.
Ipsi, vitantes omnino superfluitatem,
Amplectebantur et amabant sobrietatem.
Quid dicamus? Virtus illis non defuit ulla,
Primis temporibus quos texit nigra cuculla.
A nostris fuerat veterum modo vita sequenda,
Esset et a nostris eadem modo norma tenenda ;
Sed penitus vitam normamque patet periisse,
Quam supra dixi veteres monachos habuisse.
Altera vita modo, sed et altera norma tenetur,
Quæ primæ recta contraria fronte videtur.
Innumeras modo divitias monachi coacervant,
Quisque facit loculos, et cuncta recredita servant.
Sunt mercatores, redditque pecunia fenus.
Quando refert [unum] nummum nummus[1] duodenus,
Atque, quod est pejus, rectores ecclesiarum
. . . . . per clerum, per acervos divitiarum

1. La copie porte : « numerus. »

Instabiles etiam per castra. . . . . .
Velato capite demissi ne videantur,
Quam concurrat (?) nullum. . . . .
. . . . . .
Aratra (?) mare nutrit quicumque
. . . . . pletus totum consumit eorum,
Fortia que portant. . . . . olorem
Et naturali superaddunt illa calorem,
Unde. . . . . implen. . . . . .
Quos habitus monstrat quasi multum religiosos.
Cetera quæ faciunt, non est fas hic modo dici.
Ergo, musa, tace, quamvis mihi sint inimici;
A populo cupiunt sancti justique videri,
Quæ sunt interius nolentes illa fateri.
Sed cum diffamet monachos genus omne malorum,
Illos precipue malus ambitus inflat honorum;
Pontificatus enim demonstrat Sanctonicensis,
Quem voluit rapere vesania Cluniacensis.
Petro defuncto, non parvæ religionis,
Et posito super æthereæ sedem regionis,
Nascitur in clero cunctos quæ[1] quæstio turbat :
Quis sit Sanctonicæ successor episcopus urbis?
Tandem consilio convenit clerus in unum,
Eligit et de canonicis communiter unum,
In quo tanta quidem morum pollebat honestas,
Ut nil deesset ei quod am[ar]et tanta potestas.
De quo quam monachi fecerunt perditionem,
In populo magnam simulantes religionem,
Dicere non possum, jam rolligero properante.
Lectori nunc sufficiant quæ diximus ante.

Claris orta viris hæc abbatissa Mathildis,
Contempto mundo, nupsit virguncula Christo,
Quæ vivens caste, per cetera prorsus honestæ
Exemplar cunctis fuit exhimium probitatis.

1. « Cunctis quo » dans la copie.

Orate pro nostris, Gaufredo, pro Helia priore, Fulcaudo, alio Fulcaudo, Arnaudo, Bernardo, Alexandro, Ricardo, Giraudo, Fulcherio, Ramnulfo, Johanne, Petro, et pro omnibus aliis. Valeant monachæ amicæ nostræ.

144. Titulus sanctæ Mariæ Sanctonensis sanctimonialium.

O mortalis homo, casus reminiscere mortis,
Quam non evadet pulcher seu corpore fortis ;
Hac pueri juvenes pariterque senes gradiuntur.
Singula quid referam? quæ carnea sunt moriuntur.
Hæc abbatissa longo sub tempore vixit,
De veniente bonove malo Domino benedixit.
Dum fuit in pulla, de qua loquimur modo, veste,
Ut potuit se pro Christo famulavit honeste.
Quidquit habebat ea gaudens præbebat egenis,
Thesaurum in cœlo manibus faciens alienis,
Prospiciensque sibi, studio vitansque sagaci
Ne manibus furum raperetur et igne voraci,
Produxit vitam dum vixit ad omnia castam.
Talibus ornata, subiit mortis tamen hastam.
De cujus morte grex ejus abere dolorem
Noscitur immensum; tantum portabat amorem !
Semper in exemplum pariter nos hanc habeamus,
Conregnare Deo factori quod valeamus.
Quidquit adest nobis tribuat Deus ipse necesse.
Ad..... hanc cum sanctis cœli annuat esse. Amen.

Orate pro fidelibus defunctis, scilicet pro domna Constancia abbatissa, Jeburgis abbatissa, Hersende abbatissa, pro domna Florentia abbatissa, Forma decana, Richilde priore, Eremburge, Ascelina, Adela, Petronilla, Agne, Maximilla, Hylaria, Gersende, Adelaide, Josberga, Hyrtrude, Adelaide, Hersende, Au-

gaude, Saturnina, Sibilla, Maria, Senegunde, Gisla, Hydegard, Amelina, Adenor, Anastasia, Dia, Christina, Dea, Ascelina, Emma, Ermengarde, Fulquend, et omnium aliarum quarum nomina Deus scit. Adam, Helias, Constantinus, sa[cerdote], Rotbertus, et pro Gaudone comite.

Versus abbatissæ

Cum caro nostra lutum, vermis, cinis efficiatur,
Non est mirandum si morti subiciatur,
Et si post mortem cinis in cinerem redigatur.
Ast hoc mirandum, cum norit quod moriatur,
Quæ valet in vita bona cur homo non operatur,
Res homo mortalis cito transit et adnichilatur,
Nec licet ut rursus in mundum regrediatur.
Tunc juxta meritum merces vel pœna paratur;
Gloria fit merces, ubi vita salusque moratur,
Ignis tormentum, cui finis inesse negatur;
Ardores illos tormentaque non moderata
Spero quod evadet hæc abbatissa beata,
Cujus mors nobis per cartam notificata,
Cujus sunt etiam per eandem gesta relata.
Ipsa fuit Christo sub religione dicata;
Virginitate quidem sua sponsa fuisse probata.
His igitur meritis, ut opinor, ad astra levata,
Gaudet in æternum cum virginibus sociata;
Si nundum gaudet, quasi non bene purificata,
Quæ Christum peperit, sit ei defensio grata.

Est manifesta satis humanæ debilitatis,
Cunctis difficilis, conditio fragilis.
Corruit omnis homo pro gustato male pomo;
Nam nisi pro pomo non moreretur homo.
Mors fuit ipsorum patrum mala culpa priorum,
Et nos qui sequimur illud idem patimur

Omnis, indignum facinus, crudele, malignum,
Per quod ceu fumus et velut umbra sumus.
Nunc vitæ metas incurrit quælibet ætas,
Mors perimit juvenes, et rapit ipsa senes.
Pauper, famosus, ignobilis et generosus
Propter Adæ meritum tendit ad interitum.
Mundus vastatur per mortem quæ dominatur;
Cuncta ruunt citius, sed meliora prius.
Hoc etenim clare potes in Mathilde probare :
Nulla fuit melior, postera sive prior.
Quicquid virtutis dat vere dona salutis,
Totum continuit, integra virgo fuit.
Sed quamvis talis præphata fuit monialis,
Mater virgo Dei, quæsumus, adsit ei.

145. Titulus sancti Leodegarii Comniacensis ecclesiæ.

Nescio quid scribam de tam sacra moniali;
Nescio quid dicam de virgine tam speciali :
Nam si sic vixit ut primitus intitulatur,
Nosco procul dubio quod in alta sede locatur.
Nam si sic vixit ut monstrat epistola prima,
Nosco procul dubio quia non descendet ad ima.

Anima sua et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, scilicet pro domno abbate Girberto, Guillelmo abbate, Amplardo monacho, Alaimundo monacho, Bernardo monacho, Asxo monacho, Bernardo monacho, Franchone, Petro monacho, Laimundo monacho, Stephano monacho, Bernardo laico, Petro laico, Constantinus archidiaconus, Bernardo priore laico, Ugo monacho, Ugrio laico, Aivertus monachus, Lambertus monachus, Ramnulfus, Elias monachus, Willelmo laico, Constantino laico, Galvai laico.

146. Titulus sancti Petri Engolismensis.

Vestræ Mathildi post mortem inde (?) detur,
Quam bene promeruit, merces sibi multiplicetur.

147 Titulus sancti Ausonii martyris ejusdem urbis.

Animæ omnium fidelium Dei per misericordiam requiescant in pace. Almodis, Adeladis, Germana, Ainaldis, Garsendis.

Versus.

Si moriatur anus, non est plangenda puellis :
Illarum votis hæc inimica fuit.
Quippe dolebat anus, si quas vidisset amari.
Causa fuit livor : nullus amabat eam.
Est serpens inter ranas anus inter amantes :
His serpens, illis insidiatur anus.
Hæc obiit, laudate Deum, gaudete puellæ,
Jam modo liberius vivere quæque potest.
. . . . . Iterum versus facti post pocula vini.

148. Titulus sancti Amandi, præsulis eximii.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, pro domno Francono abbate, Algerio abbate, Ramnulfo abbate, Constantino priore, Iterio priore, Johanne monacho, Stephano monacho, Ademaro monacho, Ramnulfo monacho, Arnaldo monacho, Petro monacho, Gauberto monacho, Iterio clerico, Iterio laico, et aliis amicis nostris quorum nomina Deus scit. Amen.

149. Titulus Sollemniaci cœnobii apostolorum Petri et Pauli honore dicati.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, pro domno Aldoino, Rotberto, Guidone, Ademaro, abbatibus; Petro, Bernardo, Geraldo, Aldegario, Gaufredo,

Asterio, Bernardo, Gauberto, Bernardo, Stephano, Arnaldo, Stephano, Ubili, Gauberga, et aliis quorum nomina scribantur in cœlis.

150. Titulus sancti Petri Millebecci.

Rollifer, audito, non debet versificari,
Quisquis pro Domino cupit hic bene m.. ificari.
Rollifer, intueor vatem non esse jocundum :
Pallidus et mœrens jactat se tempnere mundum.
Rollifer, hæc scribo dum pello gaudia mentis,
Nam timeo nimium gladium Domini venientis.
Rollifer, evadis; resonant jam signula vespris,
Sed precor huc ad nos venias his rite peractis.

Orate pro fratribus nostris, Petro abbate, Araudo monacho, Martino monacho, et ceteris.

151. Titulus sanctorum apostolorum Petri et Pauli Botavillæ.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris. Anima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Pro domno Dalmatio abbate, Iterio abbate, Guione abbate, Leutaudo priore, Aino, Stephano, Willelmo, Arberto, Ugone, Giraudo, Bernardo, Arnaudo, Aemaro, Willelmo, Stephano, Bernardo, Gaufredo, Aimerico, Iterio, Gardrado, Iterio, Ugone, et aliis quorum nomina Deus scit.

Versus doctoris Botevillæ.

Et miser et miseræ mortis mortalis hiberis (?),
Quando quidem mortis crudeli lege teneris.
Quid prodest igitur si diviciis cumuleris,
Argento, gemmis, auro, quo si pocieris,
Vel si pro sociis preciosa veste tegeris,

Si tandem tandem mortis jaculo ferieris?
Nescis cui linques thesaurum cum morieris :
Cur miser affectas hæc unde dehinc crucieris,
Ni bene, dum vivis, res ipse tuas modereris?
Quid tibi proficiet, mundum si forte lucreris,
Si post hæc animæ detrimentum pacieris?
Dum licet, infelix, quare tibi non misereris?
Pœniteas, si quod fecisse malum memoreris,
Et ne præsumas præsumere quod prohiberis;
Sed da pauperibus large quod habere videris.
Consilium nostrum si forte tenere proberis,
Judicis in dextra cum salvandis statueris,
Et post cum sanctis cœlesti sede frueris.
Quid sis vel fueris, Mathildis morte moneris,
Cui veniam, si quid deliquit, forte preceris.

152. Titulus sancti Florentini Bonævallis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris fratribus defunctis, Roberto abbate, Galterio abbate, Rogerio, Garino, Constantino, Guillelmo, Guillelmo, Guidone, Radulfo, Radulfo, Herveio, Loesfentco, Odone, Herberto, Rotberto.

153. Titulus sancti Eparchii Engolismensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis, pro Gaufredo abbate, pro Siguino abbate, pro Mainardo abbate, pro Iterio monacho, pro Geraldo monacho, pro Aizone monacho, pro Ademaro monacho, pro Stephano monacho, pro Arnaldo monacho, pro Rotberto monacho, pro Arnaldo monacho laico, et aliis quorum nomina Deus scit.

154. Titulus sanctæ Columbæ, virginis et martyris, et sancti Lupi præsulis.

Quod vestræ petitis, precamur itidem nostris, Wilencho abbati, Arnulfo abbati, Frederio monacho, Hugoni monacho, Gisleberto monacho, Bernardo monacho, Herberto monacho, Petro monacho, Stephano monacho, Odoni monacho, Rodulfo laico, et pro cunctis fidelibus Dei defunctis.

155. Titulus sanctæ Mariæ adque sancti Benedicti Nantoliensis cœnobii.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, pro Aimerico abbate, pro Petro abbate, pro Arnaldo abbate, pro Audeberto abbate, pro Fulchone monacho, pro Stephano monacho, pro Arnaldo monacho, pro Petro, pro Iterio, pro Arnaldo, pro Petro monacho, pro Constantino laico, pro Petro monacho et laico, pro Ermenegardis femina, pro Beatrice femina. Anima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum per misericordiam Dei, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

156. Titulus sancti Salvatoris sanctique Genulfi præsulis.

157. Titulus sancti Salvatoris mundi sanctique Gildasii Dolensis.

Quæsumus, Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ, et a contagiis mortalitatis exutam in æternæ salvationis partem restitue. Orate pro nostris, pro domno Durando abbate, Otberto abbate, Hugone abbate, Mascelino abbate, Constantino monacho, Gi-

raudo monacho, Arberto monacho, Goffrido monacho laico, et pro aliis multis.

158. Titulus sancti Petri Insulæ Germanicæ.

Anima Mathildis abbatissæ et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Quod nos vestris, idipsum impendite nostris, videlicet abbati Bernardo, ipsiusque successori Gausmaro, Odoni armario, Ascelino, Roberto et Rodulfo, ceterisque defunctis nostris omnibus.

159. Titulus sanctæ Mariæ Noviandi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro Henrico abbate, Engelberto levita monacho, Stephano monacho, Henrico monacho c., Widone, Geilero, Hugone, Gunscelino laico, ceterisque.

160. Titulus sanctorum Sebastiani martyris, Gregorii papæ, Medardi episcopi, apud Suessionem.

Quod fragili cursu facili sit terminus ævo
Mors aperit, mors ense ferit tot milia sævo,
Dumque ferit, feriendo terit, nec parcere quærit;
Non meritum videt, aut gemitum pensat repetitum.
Hanc teneri subeunt pueri, subit apta juventus,
Hanc sapiens, rudis et faciens quidvis violentus;
Pauperibus vel divitibus domus una paratur.
Rex etiam frustra veniam sub morte precatur;
Sic modicos et magnificos eadem premit urna.
Dumque premit, nichil esse gemit se vita diurna.
Ergo docet mors, quando nocet, mors ut caveatur,
Utque, Deo miserante, reo medicina petatur,
Quæ quoniam præstat veniam reparatque fidelem,
Pro maculis ut non jaculis necis afficiatur,
Si quid ei fuit igne Dei quod discutiatur.

Item.

Stella, parens, que, labe carens, solem generasti,
Sume precem, confunde necem, quam præcipitasti.

Item.

Virgo reum, pariendo Deum, quæ salvificasti,
Virgo Dei, spes nota rei quem vivificasti,
Pande pium matri gremium primi patriarchæ;
Ut niteat fac, ut vigeat deitatis in arce;
Virginibus, data virgo quibus fuit ista magistra,
Consilium fer et auxilium, removendo sinistra.

Item.

Virgineis precibus niveis da, virgo, choreis
Omne datum quodcumque ratum facit esse beatum.

161. Salvi Gandenses, salvi sint Blandinienses.

Scolares.

Nulli dicendum cur sit nobis moriendum :
Pocula nam sæva cunctis hæc miscuit Eva;
Suasu serpentis primi commissa parentis
Sentimus cuncti, gustando pocula leti.
Ergo si vita cessit Mathildis ab ista,
Non admiremur, præcessit, nosque sequemur.
Quam Deus haut sinat horrendos sentire gehennæ
Ignes; ad regnum sed ducat, quæso, perhenne.

162. Titulus sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani Suessionensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

163. Titulus sanctorum apostolorum Petri et Pauli Consiacensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum

requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Godeschino, Berengerio, Johanne, Alberto, et pro omnibus aliis fratribus et sororibus nostris.

164. Titulus sanctæ Mariæ Columbensis.

Oravimus pro vestris defunctis, orate similiter et vos pro nostris, Beringerio, Gotfrido, Gauterio, Herberto, abbatibus; Gathone, Alberto, Widone, Girelmo, Alberto, Teobaldo, Willelmo, Gisleberto, Isembardo, Rotberto, Winemaro, monachis, et aliis defunctis fratribus vel benefactoribus nostris.

165. Titulus sancti Petri Fossatensis.

Partem beatæ resurrectionis obtineat anima ejus vitamque æternam habere mereatur in cœlis. Amen. Orate pro nostris, pro domno Burlchardo monacho comite, pro domno Rainaldo monacho episcopo, Guillelmo monacho comite, Odone abbate, item Odone abbate, Gulferio abbate, Hilduardo monacho, Guilelmo monacho, Hildrico monacho, Hugone monacho, Athone monacho, Odone monacho, Gunterio monacho, Guifredo monacho, David monacho, Andrea monacho, Petro monacho, Rainerio monacho, Clarembaldo, et aliorum quorum nomina Deus scit.

166. Titulus sancti Germani Parisiensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

Quod vestris petitis, persolvite subtitulatis :

Childeberto, Gothranno, regibus; Rotberto, Petro, Isembardo, abbatibus; Gislemaro, Alberico, Girardo, Gualcherio, et reliquis quorum nomina Deus scit.

167. Titulus sancti Thomæ Sparnonensis cœnobii.

Anima ejus requiescat in pace. Orate pro nostris, Otberto et Guidone.

168. Titulus sancti Petri Carnotis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro Eustachio, et pro Rainbaldo et pro omnibus aliis.

169. Titulus sancti Maglorii Parisiensis.

Gaudeat in cœlis; ibi nam fuit ista fidelis,
Non habuit vile studio quod rexit ovile.
Hinc modo lætatur, Dominum supplexque precatur,
Ut solito more Leviathan servet ab hore.
Nostris defunctis petimus vos subveniatis :

Urdrico, Haimone, Ascelino, Alfredo, abbatibus; Walterio, Danieli, Ebroino, Bernardo, Frodoni, Arnulfo, Mainardo, et ceteris omnibus.

170. Titulus sanctæ Mariæ Parisiensis.

Quilibet ex nobis plene si discutiat rem,
Quilibet inveniet quare de rotulo nichil ad rem.
Hic labor et vacuus et inutilis esse videtur :
Mortuus omnis habet quod vivus quisque meretur.

171. Titulus sancti Petri Resbacensis cœnobii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro defunctis abbatibus et monachis nostris.

Dum lego sudores, dum mecum tracto dolores,
Quos rex sustinuit qui miseros coluit;
Dum recolo mortem qua[m] pertulit in cruce fortem
Mortuus unus homo, vivat ut omnis homo,

Non video flendum, non mortis sorte dolendum,
Mors quoniam periit, lex gratus[1] interiit.
Quam bonus hic sanguis, quo lætifer occidit anguis,
Quo mala tot pereunt, quo bona tot redeunt !
Dicam quid mirum, tamen hoc non sit tibi mirum,
Nec, lector, reprobes quod ratione probes.
Mors bene viventi, mors fit Pascha sapienti,
Qua mundi tenebras transit et inlecebras;
Deserit et vallem meroris, adit quoque callem
Quo venit ad requiem perpetuamque diem.
Si sic hæc vixit ut præsens pagina dixit,
Moribus eximiis prædita vel studiis,
Multum lætatur; sic nobis mortua fatur :
Gaudeo quod careo pondere corporeo.
Ni separaretur a nobis, ni moreretur,
Pax ubi summa, piam non coleret patriam ;
Non lætaretur, non optata frueretur
Sponsi lætitia, clara pudicitia.
Omnes flores[2], dilectæ, dico, sorores,
Quæ matrem gemitis, quæ lacrimis fluitis,
Tendite post matrem, post castam currite matrem,
Devotis studiis, moribus atque piis.
Dilectæ nobis, petimus sint prospera vobis,
Mathildique quies et sine nocte dies. Amen.

172. Titulus sancti Petri Caziaci.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Johanne, Rotdulfo, Rotberto, Ayberto, abbatibus; Gisleberto, Warino, Fulcoino, Petro, Rainaldo, monachis; Tetbaldo, Stephano, comitibus; Fulberto, Tetbaldo, Bernardo, Herberto, Lamberto, laicis.

1. Il faut peut-être lire : « Lex necis. »
2. Ce passage est évidemment altéré.

173. Titulus sancti Ferreoli Solmacensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, Odone et Widone, abbatibus; Gislefredo et Ingerberto, ceterisque nostris fratribus cunctisque defunctis fidelibus.

Si taliter ut dicitis vixit hæc virago, non nostra prece ipsa, sed nos indigemus ipsius ope. Constat enim eam ascendisse cœli culmina, quæ sic vixit adhuc in terris posita, nec lugenda est quasi mortua, quæ semper Deo studuit mente servire devota. Quare siccentur lacrimæ, nec doleatur de ipsius morte, quia, quæ bene vivendo multum profuit, in cœli curia posita, quibus voluerit auxiliari poterit. Parcite, inquam, sanctimoniales, a fletibus, et congaudete vos in cœlis habere adjutricem, quam in terris meruistis habere matrem. Nos vero, debita caritatis solventes, Dominum exoramus ut quicquid hæc vestra mater deliquit (neque enim homo est sub cœlo qui faciat bonum et non peccet) miserentis Dei pietate deleatur.

174. Titulus sanctæ Mariæ Suessionensis.

Vestræ Mathildis obitum cum nostra Mathildis
Audisset, doluit, nec lacrimas tenuit;
Admonuitque chorum supplex humilisque suorum,
Ut ferrent secum munia digna precum;
Mathildis, dico, quæ divite gaudet amico,
Quæ cor virgineum servat amando Deum.
Has abbatissas, uno sub nomine missas,
Uniat in requie, qui dator est veniæ.
Nostra tamen juvenis vivat modo, postea plenis
Fructibus ante Deum læta sequetur eum.

175. Titulus martyrum Gervasii et Protasii Suessionensis matris ecclesiæ.

Versus scolares.

Per speciem morum graditur spes certa laborum :
Namque bonis larga, solo de crimine parca,
Luxque nitens mundo Mathildis, honora virago,
Cui se devovit virgo sanctissima novit.
Incutiens morsum, cessit mors pulsa retrorsum.
Hæc caste vivens, sponso conjuncta fideli,
Exoptata diu mereatur gaudia cœli.
Ergo per has laudes pietas tua suscitet aures,
Atque Deo miserante reo medicamina dentur,
Ut plus quam meruit sibi præmia multiplicentur

Item.

O conturbatæ desolatæque sorores,
Questus et luctus retinete piosque dolores.
Jesus Christus enim, qui nûtu cuncta creavit,
Quique crucis ligno discrimina nostra piavit,
Illam suscipiens cœlesti sede locavit,
Angelicisque choris miseratus eam sociavit.
Ipsum pro nobis, Mathildis honora, precare,
Ut nos post mortem vitam mereamur habere.

Orate pro nostris, Tebaldo, Hugone, Manasse, episcopis; Hugone decano, Ansoldo, Odone, Alexi, Garnero, canonicis ; et pro ceteris fratribus nostris. Amen.

176. Titulus sancti Nicolai de Vedogio.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, Letbaldo abbate, Petri, Hagano, Radulfo, Tetbaldo, et omnibus aliis quorum Deus nomina scit.

177. Titulus ecclesiæ sancti Johannis Baptistæ Laudunensis sanctimonialium.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant cum Christo in pace. Orate pro nobis, et nos pro vobis.

178. Titulus sanctæ Mariæ Laudunensis ecclesiæ.

Nec parcis dominis, nec parcis, mors, dominabus;
Omnia mortificas, exceptis, mors, animabus.
Felices animæ, quæ tanta dote beantur
Quod, moriente suo collega, non moriantur,
Sed pietate Dei cœlestibus associantur.
Inter felices animas reputavimus istam,
Quæ pro cœlesti vita neglexerit istam.
Lauduni florem, mundo ploramus abisse
Nostrum pastorem, divina putamus adisse.
Paruimus vobis, peragendo vota petita,
Et nostris eadem solvat dilectio vestra.

179. Titulus sancti Vincentii Laudunensis.

Jussa Dei violando, rei periere parentes,
Unde ei sunt fynerei [1] similes morientes.
Femineo gustu subeo mortem maculatus,
Virgineo partu redeo fioque beatus.
Virgo, pias, ne deficias, compesce querelas;
Non sacias tua per socias, sed vota revelas.
Parce, precor, non iste decor vult ferre labores;
Parce, precor, non contere cor per mille dolores;
Non periit tua, sed petiit cœlestia, mater;
Non periit, sponsum petiit gaudens tua mater.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, domno Elinando episcopo, Roricone episcopo, Rainero ab-

1. Sic.

bate, Rogero abbate, Gozuino monacho, Roberto monacho, Gerardo monacho, Gualtero, Alrico, item Alrico, Balduino, Emmone, Rodulfo, Godefredo, Rainaldo, et aliis multis quorum nomina Deus scit.

180. Titulus sancti Petri Avennatium puellarum.

Qui regis orbem dasque salutem, rex bone regum,
Christe, fideli da mulieri regna polorum,
Et super æthera dona manentia præbe sophia.
O genitrix pia, digna per omnia, virgo Maria,
Hanc hominum prece fac requiescere regis in arce.
Tu, Petre claviger, orbis et arbiter, esto magister,
Fraudeque crimina dæmonis hæc quia multa patravit,
Esto levamen, tu placidus tamen istius. Amen.
Nomina, si nossem, defunctarum titulassem.

Requiescant in pace.

181. Titulus sancti Petri Altivillaris.

Pontificis magni clarissima virgo Mathildis
Laude bona peperit imitabile pignus amicis
Virginibus, per quod regis subeant himeneos.
Hæc, ut enim docuit per prima volumina pellis,
Circumplexa Syon circumdedit ariete primo,
Nec mora prosiliens ejus super ardua turrem
In virtute Syon mox virgineum posuit cor,
Distribuitque domos, et verbo dixit amico,
Altera progenies audire velut bene posset :
« Hic Deus, hic Deus est, Deus hic sine tempore noster. »
Quo sermone brevi dicto, penetralia magni
Clara sacerdotis intrat Jerosolimitani.
Et quia lege pari par debuerat sociari,
Mox ratione data per pontificalia signa,
Non viduam, non abjectam, non se meretricem
Dixit, et ostendens quam texuerat sibi vestem,
Nam sibi texuerat variam, mox corpus obumbrat
Virgineum regis, et toto pectore regis

Pectus et os haurit, ac imagine spirituali
Inclinata die media cum prole Mariæ
Pascitur atque cubat et ei se recta supinat.
Hæc vos virgineæ vexilla pudica choreæ,
Has aquilas digitis victoribus edite campis;
Querite de cœlo delapsum gnotisealton,
Nec post ite gregis vestigia, pascite magni
Agnas pontificis, hædos nunquam videatis,
Utque, quod est seraphin natura spirituali,
Gratia det vobis natura spirituali.
Aerias nubes archangelicasque cohortes.
Virgineis alis transcendite viscera summi;
Pertrectate patris, et verbum nobile patris
Virgineis gremiis infundite; nec paveatis,
Nam capreæ quamvis et hinnulo[1] similis sit,
At per aromaticos montes salit, et pede sancto
Ocius occurret, ut vos cum matre coronet.

Item versus.

Gloria, pompa, decus, regnum, facundia, luxus,
Stirpis nobilitas, libertas, fama, voluptas
Carni quandoque quid proficiunt morituræ?
Occidit omnis homo, carnis putrescit origo;
Nam feno similis semper labat, et fugit orbis;
Floret, siccatur, rarescit et adnichilatur.
Hanc nec lugere poterit sortem cohibere,
Nec reparatur dum lacrimatur vita cadentis,
Sed renovatur, dum lacrimatur, causa dolentis,
Desine fletus fundere, cœtus, de nece matris,
Quam sibi junxit dextera summi lucida patris.
Nam bene vixit, jus et amavit, quomodo pandit
Cartula præsens, cuncta recordans facta Mathildis.

Itemque.

Quid tibi, mors fera, parcere nescia, dic, rogo, quæris?

1. La copie porte « hinuleo. »

Insaciabilis, inrevocabilis, omnia tollis,
Nec juvenilia flore viventia corpora spernis,
Sed tua vulnera membra per omnia prodiga spargis;
Sed licet aspera sit tua sors nimis et metuenda,
Præmia dividit et sua munera cuique reponit,
Suppliciumque reis fit et ardua gaudia justis,
Cœtibus hæc quorum mulier societur in ævum.

Alioquin.

Tempora temporibus dum trudit labilis annus,
Deficit et moritur caro quæ vixisse videtur.
Exitiale malum dedit hoc spes vana parentum,
Qui divos fieri se sunt a dæmone lusi.
Sed vere constat et vera scientia monstrat
Hinc bene sublatum, nec iniqua morte solutum,
Corpore finiri, vivum post funus haberi.
Ergo, rima, metum fuge; fletus, turba sororum,
Re[j]ice, nec matris hujus de morte queraris :
Nam si re fuerat quod verbo littera signat,
Cœtibus angelicis sociatur, nescia mortis.

Preterea.

Quid fles, mortalis? cur quæ mortalia quæris?
  Stat lux quæque gravis, stat viduata bonis.
Perdidimus rerum jam vera vocabula dudum :
  Pax habiit terris, verus amor fidei.
Justiciæ cultor nusquam, bonitatis amator;
  Nemo Dei quæ sunt, quæ sua quærit homo.
Vultus quippe bonus magis ac bona mens retinetur;
  Vivere pœna bonis, gloria summa malis.
Mors est sanctorum requies cum fine piorum;
  Est æternalis mors ea pœna malis.
Dum vixit cultrix Christi, quia vixit amatrix,
  Est sibi parta quies læticiæque dies.
Sit vestris requies et nostris gloria perpes

Iterum.

Actibus his vanis repletus mundus inanis
Omnis vanescit et vanescendo liquescit.
Vertitur in cinerem quod gignit terra per orbem,
Omnis homoque cinis vertitur in cinere.
Istaque[1] sicut se peccasse scit aptet apud se.
Nam bene qui moritur in cœli sede locatur.

Orate pro nostris, Nochero abbate, Goderano abbate, Norjoldo abbate, et pro aliis omnibus, pro monachis, Richero monacho, Balduino monacho, Willelmo monacho, Girardo, Albodo, Godefrido, Hugone, Milone, Girardo, Hugone, et pro aliis omnibus defunctis.

182. Baptistæ Christi Johannis titulus Suessioni inpositus, ritmice compositus, hic breviter inscribitur.

Vestra Mathildis obiit,
Communem legem subiit.
Si quid gessit in corpore
Pravum atque inhoneste,
Hoc gemit nunc miserrime,
Et a vobis præsidium,
Quibus fuit subsidium,
Quærit et multum postulat,
Ut vota vestra sentiat.
Ergo votis et precibus
Subveñite reatibus,
Quæ commisit in actibus,
Ut jungatur cœlestibus.
Nosque illi suffragium,
Cunctis defunctis debitum,
Impendamus devotius,

1. La copie porte « Ista quæ. »

Ut succurratur citius.
Necnon ut, Christi matris precibus,
Adnumeretur cœtibus,
Deum semper laudantibus.
Vosque, ut nos, piissime,
Nunc Deum intercedite,
Ut nostris det confratribus
Quod vestris consororibus
Largiri exoravimus,

Scilicet pro abbatibus Odone et Rogero, Alberto et Bernardo sacerdotibus, Hugone et Ebrardo diaconis, Bertino et Rainoldo subdiaconis,

Et ceteris pro omnibus,
Vestris orationibus,
Ut fruantur cœlestibus,
Pulsate Christi gratiam,
Ut consequantur requiem,
Fidelibus repromissam.

183. Titulus sancti Dionisii Ariopagitæ.

Laudibus humanis non est laudare necesse,
In vita cujus laus fuit ipse Deus.
Sed quia peccantis minus est laus congrua sanctis,
Laus fuit ipsa Dei, laus sit et ipse sui.
Verum mirari decet hanc nos, hanc imitari,
Ut super astra poli consociemur ei.
Quæ vos, dum vixit, cœlesti dogmate struxit,
Implendo factis ore quod admonuit.
Ast quoniam nemo fit tutus ab hoste maligno,
Quem non inficiat vel tenuis macula,
Vestris orastis precibus succurrere functis;
Solvimus has illis, hasque rogamus et his :

Dagoberto, Rotberto, Karolo, Philippo, regibus; Hugoni, Ivoni, Alberto, abbatibus; Odoni, Herberto, Dalmatio, Girardo, monachis; Goscelino laico.

184. Titulus sanctæ Mariæ Argentoilensis ecclesiæ.

Sit tibi, Mathildis, requies super ardua cœli,
Et quod peccasti mundet pia gratia Christi.
Quos rex in cœlis, sicut petit ordo fidelis,
Collocet æternis cœli super astra supernus.

Anima Mathildis fruatur gaudiis cœli. Orate pro nostris, Adelaidi abbatissæ, Basiliæ abbatissæ, Cecilia monacha, Adela monacha, Helvidis monacha, Itisburga monacha, Hitild monacha, Gela monacha, Helvidis monacha, Adelaid monacha, Emerindis monacha.

Mors, gladius vibrans, animam cum corpore vastans,
Amisit vires, Dominum dum sæva perurget.
Cum Dominus simplam mortem gustavit ad umbram[1],
In nobis duplicis disrupit vincula mortis.
Subveniemus ei, vos nostris subveniatis.

185. Titulus sancti Johannis Baptistæ in suburbio Carnoti.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris, Balduino, Stephano, Benedicto.

186. Titulus sancti Petri Nielfæ veteris.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Gauterio abbate, Hugo monachus, Ingelbertus monachus, Fulco monachus, Amalrico monacho, Bernerio monacho, et ceteris. Guillermus monachus.

187. Titulus ecclesiæ Baltildis adque Mariæ.

Virginibusque suis, aliarum lax[2] monacarum,

1. Ce mot est fort douteux. On lit dans la copie : « adibram. »
2. Pour « lex » ?

Nomine sub Domini Calensis abbatissa salutes,
Judicis adventum quæ prosint ante tremendum.
Larga Dei famulis fuit abbatissa Calensis;
Supplice cum corde clamabat nocte dieque :
Esto Deus nobis cunctis, indulge malignis;
Nomen pandatur Mahidis cum vocabatur :
Quam cupiant omnes sibi sociare fideles.

Orate pro sororibus nostris, Tebelina, Berta, Odela, Duda, Ermengardis, Ermengardis, Roscelina, Berta, Havidis, Berta, Ricildis, Halvidis.

188. Titulus sancti Petri Latiniacensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

189. Titulus sanctæ Mariæ sanctique Stephani protomartyris Meldensis ecclesiæ.

Versus Gonberti.

Cæcus amor mundi fit causa malis pereundi,
In quo securus non vivet homo moriturus.
Nobilitas, census, species, facundia, sensus,
Prædia, censuræ, primatus, præposituræ,
Vina, dapes, vestis, seu quicquid in orbe potestis,
Mox elabuntur, neque nos in fine sequuntur.
Carmina vel prosæ, quæ fiunt ridiculosæ,
Nil prosunt vobis, et sunt quasi ludicra nobis.
Non ostentator monachus neque versificator
Subvenient animæ, cui non sunt carmina curæ;
Sed veniam donet Deus et super astra coronet,
Ac imploremus lacrimis meritisque rogemus,
Ut sit ei requies illa suprema dies.

Orate pro nostris, videlicet Waltero episcopo, Arnulfo decano, Bernerio archidiacono, Ollando cantore, Ollando præposito, et ceteris.

190. Titulus sanctæ Crucis sanctique Faronis episcopi et confessoris Meldicæ urbis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

191. Titulus ecclesiæ beati Dyonisii Remensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Gervasio, Manesse, archiepiscopis; Guausberto abbate, Airico, Algaldo, Fulchrado, Erlebaldo, Stephano, Ailulfo, Gualtero, Hairico, Guitero, Petro, et ceteris.

192. Titulus sancti Nichasii Remorum archiepiscopi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Remigio, Johanne, abbatibus; Gausberto priore, et ceteris.

193. Titulus sancti Remigii Francorum apostoli.

Ut feni flores, arescunt carnis honores;
In se quippe caro, florescens tempore raro,
Ut flos marcescit, etiam sic ipsa senescit.
Flos ut enim crevit, eadem quoque sic adolevit.
Sed sicut claret quod ager, qui floribus aret,
Rursum florescit, sic et caro, quæ requiescit,
Quam sua mors urget ut decidat, ipsa resurget,
Et partim doxam partim pœnam prope noxam
Judice suscipiet Christo, divisaque fiet.
Pastor habens ille lectum clementer ovile,
Seque fovens dignos quos fecerat ille benignos,
Virgo, tibi lux sit quem virginitas tua suxit.

Item.

Laudem quemque satis decorat laus virginitatis,
Gratus flos, cujus sydus mundi fuit hujus,
Justiciæ solem dum virgo capit sibi prolem,
Qui nos irradiat, ne luce carens homo fiat.
Hæc lux hocque decus extat Deus, arbiter æquus,
Qui judex noster, frater fit corpore noster,
Et quos exactor pressit, deliberat actor,
Nos vita reduce ditans et perpete luce.
Gaudet virginei mundus sub flore trophæi,
Factus in hoc salvus, quem virginis edidit alvus.
Gaudeat hæc etiam Mathildis, perque Mariam,
Quæ genuit vitam, capiat sine tempore vitam.

Item

Funeris exequias paciens in carne soluta
Mors mortis metæ nescia vita fuit,
Et lux in tenebris illucens obtenebratis,
Cassata morte vivere vita fuit.
Ergo quas patitur qui corporis efficitur mors,
Sunt palmæ, sed non funeris exequiæ.
Unde patet liquido quia vivit et est sine meta,
Dum carnis funus spiritus efficitur.
Huic igitur vita miserens se conferat, et si
Quas habuit sordes, evacuet venia.

Item

Cum mundi Deus omnipotens elementa creasset,
Et primum patrem paradisi sede locasset,
Legem donavit prothoplastus quam violavit;
Serpens namque virum [decepit] fraude maligna,
Plasmator quem condiderat bonitate benigna,
Pro quo tartareas peccato missus ad umbras,
Dampnavit simul æterna nos nostraque morte,
Et nobis orci patuerunt undique porte.
Hoc satanæ nævo periit gens omnis ab ævo,

Sed fit dampnati patris hæc pietas recreatrix,
Quæ non extantis cognoscitur esse creatrix,
Et vitæ morte caruerunt omnia morte.
Per quam Matildi sint plene gaudia leta ;
Exultet sponso conjuncta suo sine meta ;
Vivat in æternum, regem cernendo supernum. Amen.
Ad vitæ trutinam translatos post libitinam
Nostros cum vestris moderator ponderet orbis.

194. Titulus sancte Remensis Mariæ metropolis.

Ordo puellaris, frustra pro funere matris
Profluis in lacrimas, cum noris nil valituras ;
Nec poteris non flere tamen bona commemorando,
Quæ tibi præstabat hæc præstantissima mater ;
Sed neque, si verba dedero vel carmina multa,
Maithildi prodesse reor, cui dulce precamen
Ad veniam prosit, nostris quoque fratribus. Amen.

Rainaldo et Manasse, archiepiscopis; Rezelino dechano, Richero cantore, Fulcone, Isembardo, ceterisque fratribus.

195. Titulus sancti Basoli confessoris Christi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Burchardo abbate, Richerio, Ennardo, cum ceteris fratribus.

196. Titulus sancti Petri Catalaunensis cœnobii.

Nobilitas, sensus, decor omnis, copia, census
Ad non esse fluunt et fluitando ruunt.
Nam vice pratorum titulus florescit honorum;
Sed labat atque ruit, stare quod haut potuit.
Flos etenim feni cadit, actus flamine leni,
Sic homo qui fuerat, perdit et id quod erat.
Fenum siccatur, homo marcet et anichilatur ;

Quem sua sors fragilem, mors facit instabilem.
Carnis inanita fece luget terrea vita,
Et jam perpetuo cessat ab esse suo.
Sevit enim dura sua mors diffundere vira,
Nec parcit juveni decrepitoque seni.
Has mortis metas veteres transisse poetas,
Nos ut ad alta vocent, carmina prisca docent.
Auctorum legum, sub funere corpora regum
Conclamata tacent atque tacendo jacent.
Hos mundi flores lugent transisse sorores,
Matris quas obitus compulit in gemitus,
Sed viduata domus felici matre Cadomus
Gaudeat, et fidei præmia poscat ei.

Item

Alea fatalis habet et caro materialis,
Ut ferat interitum quicquid erit genitum.
Unde Cadomensis matrem gregis abstulit ensis
Qui quæ terra capit dissipat atque rapit.
Desine, grex, flere, quia vult sibi Christus habere,
Ut tua carta docet quam cecidisse nocet.
Non fuerat stabilis; habet hoc, quia portio vilis,
Lege cinis veteri redditus est cineri.
Nam genus et sensus et multa copia census
Si non perpetua non viguere sua,
Quæ fuerint, hominis vitæ probat ultima finis,
Cum nil habet proprium mortis ad imperium.
Ergo cur plangor? cur mentes atterit angor?
Non sua deseruit, sic ruitura fuit.

Orate pro nostris, Odilardo, Lanberto, Warnero, Guidone, abbatibus; Willelmo, Guidone, sacerdotibus; Richardo monacho.

197. Titulus sanctæ Celiniæ Meldis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum

requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, videlicet Christiano monacho, Hugo, Odo, Petro, Rainaldo, Dodato, Gauffredo.

198. Titulus sanctæ Mariæ Jotrensis ecclesiæ.

Hæc sunt nostrorum solatia summa laborum,
Regnet ut in cœlo cum sponso virgine virgo,
Et cum virginibus, quibus est possessio Christi,
Que[1] nisi virgo potest nova sponso cantica cantat.
Ergo devota Jotrensis concio tota
Votis exorat ut, quam bona vita decorat,
Inclita Matildis jungatur cœtibus illis,
Qui regno Christi potiuntur pane perhenni

Pro anima Matildis abbatissæ, et Herme sororis ejus, et Adeline, Ermesendis, Elisabeth, Adelaidis, Erenburgis, Rascendis, Agnetis.

199. Titulus sanctæ Mariæ Almenescarum.

Animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris Adelaidis abbatissa, Havisa abbatissa, Richilis monacha, Alpaldis monacha, Emma monacha, Ita monacha, Eremburgis monacha, Emma monacha, Havisa monacha, Emma monacha, Muriel monacha, Rogerio comite, Mabilia comitissa.

200. Titulus sanctæ Trinitatis Remensis.

Animæ omnium fidelium defontorum requiescant in pace. Orate pro nostris, de Guitero, Simone, Cheraldo, et de ceteris.

201. Titulus sancti Symphoriani martyris.

Grex desolate, genitrice tua viduate,
Non opus est lacrimis : hoc irreparabile dampnum est.

1. La copie porte « Quem. »

Carnis deposita lætatur mole Matildis.
Sed quia non vivit quisquam sine labe,
Funde preces potius, precibus quia functa juvantur,
Nec vestræ matri deerit devocio nostra,

Iterum

A patre delatum luimus moriendo reatum,
Et nichil evadit sed fluitando cadit.
Unde coacta mori licet apta Mathildis honori
Hanc iniit legem, mœstificando gregem.
Grex igitur flendo monet ut sibi compaciendo
Demus, ut est æquum, munus opemque precum.
Ergo petita ferat, cum jus et debita quærat,
Sicut ei vita sit super astra sita.
Et quia diffusus ubivis e[s]t criminis usus,
Haut Stigis illa ream pœna trucidet eam.

In pace anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant. Orate pro nostris, Deodato decano, Lanberto, Hervaudo, Tebaudo, Angello, Richero, Alexandro, Haiderico, Waltero, et pro Stephano patre meo, et ceteris omnibus.

202. Titulus sancti Petri Remensis cœnobii.

Pro bono mortali quod sprevit mente sagaci,
Florentum semper nemorum amœna virecta
Felix possideat, per cunctaque sæcula vivat;
Virginibusque sacris jungatur mater spiritalis,
Quemque habuit sponsum videat in æthere Christum.
In requie summa gaudens sine fine quiescat.

Orate pro nostris, Fredesinda abbatissa, Oidela abbatissa, Reina, Ledvide, Gelvide, Alburge, Helvide, et pro ceteris omnibus.

203. Titulus sancti Memmii, Cathalaunensium episcopi.

Si dolor et lacrimæ nostras revocare sorores
A claustris herebi ditis quo carcere possent,
Nata Jovis rapta nec tartara sæva subire,
Nec gustata semel ad dulcia grana redire,
Nec mutare vices nec debita jura valemus :
Sic igitur leviter communia dampna feremus.

Orate pro nostris, Philippo abbate episcopo, et David abbate, Gerberto decano, et ceteris. Animæ eorum et omnium fidelium requiescant in pace. Amen.

204. Titulus Omnium Sanctorum.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

205. Titulus sancti Stephani Cathalaunensis.

Claruit in Christi factis abbatissa Mathildis,
Decretum legis bene servando monialis.
Quæ quia vixisse bene dicitur et tenuisse
Justiciæ normam, mundum quoque postposuisse,
Perpetuam requiem Deus huic concedat habere,
Cumque suis faciat sanctis super astra sedere.
Vos ergo tristes nimium ne flete sorores,
Quarum[1] cœlestes animis infixit amores,
Sed precibus cœli poscatis in arce locari.

Orate pro nostris, Philippo episcopo, Warino decano, et ceteris qui ex hoc seculo migraverunt.

206. Titulus sancti Sepulchri.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

207. Titulus sanctæ Mariæ Trecorum sanctarum monialium.

1. « Quorum, » dans la copie.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Hæc genitrix mundo filiarum mansit in Christo ;
Pigris namque sua cunctis donaverat ipsa,
Flaminis odore fuerat, dum vixit in orbe,
Plena viris multa fomenta parabat cunctis[1].
Hinc repetens summa felix jam fertur ad astra,
Mundum dimisit, cœlestia jamque petivit.
Congaudent fratres, et vos gaudete sorores.
Ad Dominum preces pro vestris fundimus omnes;
Pro nostris digne Domino vos digna referte;
Nomina quæ vobis dirigamus linea vestri[2].

Adelaidis abbatissa, Letvidis abbatissa, Prehensidis cantrix, Gersendis thesauraria, Adelina, Aelina decana, Adelota, Richildis, Heberia, Cecilia.

208. Titulus sancti Johannis Baptistæ.

Contempsere Dei primi præcepta parentes,
Idcircoque rei, felici dote carentes,
Orbis funerei tenebras meruere dolentes;
Quorum propago, ceu quædam temporis imago,
Crimine polluta, virtutum tegmine nuda,
Ac tenebris plena, prostrata jacet sine meta,
Casu communi dum tollitur a sibi caris.
Non igitur si quis moritur, juvat inde dolere,
Cum doleamus, nec valeamus eum retinere.
Mors rapit omnia per sua prælia, nec prohibere
Audet ei vivens aliquid, nec jura tenere.
Ergo ne doleas oramus, grex monachalis;
Matri quippe tuæ stat gloria perpetualis.
Si nimiis illam lacrimis posses revocare,
Dignum valde foret te fletibus invigilare.

1. Ces deux vers sont visiblement altérés.
2. Sic.

Ut radiis sydus, sic moribus hæc rutilare
Atque pudicitiæ vernanti flore micare,
Discipulasque suas Christumque studebat amare.
Ne lamentetur grex inde peto monachalis,
Est Abrahæ sinibus quia virgo recepta Mathildis.

209. Titulus sanctæ Mariæ Senonensis civitatis ante portam.

Versus Germundi monachi.

Nescio quis fari sapiens aut versificari
Dinne de tali possit sanctimoniali.
Nam que narrantur, si vera fuisse probantur,
Non te Matildis baratri tenet ampla [vorago];
Sed cum pictura tibi testificante litura,
Felix virgineis gaudes sociata coreis.
Gaudeo quod gaudes, sed laudibus addere laudes
Si volo prædictis, timeo me jungere victis.
Hæc me dixisse, quoniam puduit tacuisse, sufficiant.

Virginis almificæ qui viscera, Christe, sacrasti,
Perdita mirifice qui secula nostra beasti,
Qui patris imperio genus humanum reparasti,
Orbis ab exilio protoplastum qui revocasti,
Terris quam privas, da gaudeat ista fidelis
Inter cumvivas cœlestis addita cœlis;
Nesciat infernum miseris ablata querelis;
Vivat in æternum suscepta sinu Michaelis.
Hoc Pater, hoc Verbum tribuas, hoc Spiritus alme,
Orbis agonista meruit quæ munera palme.

210. Titulus sancti Petri Vivi et sancti Saviniani martyris.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

211. Titulus sancti Martini Trecorum canonicorum regularium.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

212. Titulus sancti Lupi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro Girardo præposito, et pro Odone, et ceteris canonicis.

Me, lugubris homo, cur indignaris obisse?
Accipe[1], quæso, diu nichil hac ætate fuisse.
Interii quia viva fui; fit namque necesse
Quatinus omnis homo quod nunc est desinat esse.
Femina virque, precor, memores estote futuri,
Ne simul incipiat cum corpore spiritus uri.
Judex quippe videt facitis quæcumque supernus,
Et bona quæque probat, mala quæque cremabit avernus.

Istos versus fecerunt canonici sancti Lupi Trecensis episcopi.

213. Titulus sancti Petri Trecorum.

Cellulæ cœtum debet esse lætum,
Nam parens cellæ tenebras procellæ
Tartari nescit, sed ei patescit
Regia cœli.
Sydus excellens micat in supernis,
Moribus cunctas decorans paternis,
Floribus sertis roseis refertis
Splendet in astris.
Ergo desistant gemitus inanes;
Sentiant laudum sacrosancta mares,
Jam Deo dignum modulentur hymnum
Corda sonorum.

Lucem stella ferens inter monachas specialis,
Inter labentes non labitur hæc monialis.

1. La copie porte « Accipiet. »

Digna Deo virgo se mundo mortificavit,
Assumensque crucem, sese tibi, Christe, sacravit.
Lampadis ergo gerens oleum non deficientis,
Cum sponso januæ subit interiora patentis.
Cum juvenis quisque puer atque senex moriatur,
Miror cur hujus mundi laus ulla petatur;
Cumque bonæ vitæ cœlo vir quisque fruatur,
Admiror cur non devota mente petatur.
Cuncta cadunt prorsus, nec habent mundana recursum,
Quare tendamus mentes ad sydera sursum,
Et quia cuncta cadunt, hæc si cecidit monialis,
Non doleo si vita sibi sit perpetualis;
Quinque prudentes, oleum pietatis habentes,
Sponsum poscentes et lumina vera gerentes;
Illæ te salvant, Mathillis, te benedicant.

214. Titulus sancti Remigii Senonensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Pro Guillelmo abbate.

215. Titulus sancti Dyonisii Nongenti castri Pertici.

Anima hujus abbatissæ et animæ omnium fidelium in Christi nomine dormientium requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, domno Humberto priore nostro, Benedicto priore, Bernardo priore, Humberto monacho, Adalardo monacho, Willelmo monacho, Widone monacho, Willelmo monacho, et pro ceteris fratribus nostris quorum nomina Deus scit. Requiescant in pace.

Item versus discipulorum.

Si lacrimæ cuiquam cœlestia regna pararent,
Defunctum quemquam si carmina nostra juvarent,
Unusquisque sibi tot carmina composuisset,
Sicut, et ipse reor, quod cartula plena fuisset.

Sed quia nil prosunt lacrimæ nec versificari,
Arbitror instandum votis, sed et invigilandum
Psalmis, pro tali, pro virgine tam speciali,
Quæ, quoniam munda, prudens nimis aut pudibunda
Necnon casta fuit, ut dixit epistola prima,
Hoc bene confirmo, nunquam descendet ad ima,
Immo virgineis jungetur virgo choreis.

Item alios.

Regia cœlestis huic debet jure parari,
Spiritus atque suus præcelsa sede locari,
Hæc quia dum vixit carnis vicium superavit,
Et pura mente factorem semper amavit.
Nil sibi servabat, sua pauperibus tribuendo;
Deseruit mundum, terrestria despiciendo;
Sprevit mundana, promisit virginitatem,
Et tenuit votum, fugiendo mobilitatem.
Regibus orta fuit, potuisset sceptra tenere;
Hæc quia deseruit, requiem mereatur habere

Item de [e]odem alius.

. . . . . .

Nobilis et caste vixit et absque malis.
Hæc quæ pauperibus poterat dare distribuebat;
Eloquio cunctis dulcis et hæc fuerat,
Atque suas monachas sibi submissas bene rexit.
Regnum quapropter ista Dei meruit.
Omnipotens Dominus hanc noster ad æthera vexit,
Cognoscens regnum promeruisse suum.

Item alius.

Eva prior mundo morsu mortem generavit;
[Altera], mundo quod dederat prior, Eva fugavit.
Ergo Deo digne famulentur mens, manus, ora,
Namque reservantur meliores ad meliora.
Nullum divitiæ, genus et sua lingua retardent,
Namque gehennales ignes acuuntur et ardent,

Unde bonis requies, et pœna malis tribuetur.
Quisque suum juxta meritum digne patietur.
Hanc igitur rotulus quam designat cecidisse,
Actio testatur loca florida promeruisse.

216. Titulus sancti Stephani et sanctæ Mariæ Senonensis ecclesiæ.

Anima ejus requiescat in pace. Orate pro nostris, pro Richerio archiepiscopo, et ceteris.

Versus scolares. Poncius magister.

Non verisimiles fert prologus hic rationes,
Martini similes Mathildi dans stationes.
Verba fidem faciunt cum rebus conveniendo,
Depereunt eadem sibi non sua diripiendo.
Constat Martinum virtutibus enituisse,
Et precibus vitam defunctis restituisse;
Mathildis meritum nondum loca plura replevit,
Figmentisque piis et solo carmine crevit.
Ergo quis hanc illi temerarius assimilavit?
Qua prece, quo præcio scelus heu! miser istud amavit?
Parcat ei Christus, Martinus et ipse beatus,
Nec condempnet eum commissus voce reatus,
At pro Mathildi, quam deplorant moniales,
Vota Deo fundunt confratres spirituales.
Spiritus illius sponso placeat venienti,
Cui fertur vivens animo servisse volenti.

217. Titulus sancti Juliani monacharum.

Abbatissæ debent mori,
Quæ subjectas nos amori
Claudi jubent culpa gravi.
Quod tormentum jam temptavi.
Loco clausa sub obscuro,
Diu vixi pane duro.

Hujus pœnæ fuit causa
Quod amare dicor ausa.

218. Titulus sancti Stephani Autissiodorensis.

Insipiens plorat monachæ si forte gravantur;
Pro monacha sola defuncta mille parantur.
Si quas non raperet mors de numero monacharum,
Non orbis totus numerum sufferret earum.

219. Titulus sancti Martini de Campis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

220. Titulus sancti Martini Corensis ecclesiæ.

Hugo monachus fecit hoc[1].

Absolve, Domine, animam ejus et animas famulorum famularumque tuarum et omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respire[n]t. Oravimus pro vestris, idem facientes pro nostris, Humbaudo abbate, Wauterio priore, Constantino monacho, Iterio laico, Odalina, et aliorum.

Item versus.

Conspicuum satis est nil scripta valere polita,
Ad dandam requiem, nisi præcedat bona vita,
Sufficiat tantum precibus parere roguantum,
Ut sit ei requies, dic homo, Deus, super es.

221. Titulus sanctorum apostolorum Petri et Pauli sanctique confessoris Christi Leonardi abbatis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum,

1. « Sic inscribitur circa litteram T. » Note du copiste.

in Christi nomine, requiescant in pace. Quod fecimus vestris, rogamus facite nostris, pro Hugone abbate, Gaufridus prior, Vido monacho, Abo c., Hunbaudus puer, Johannes c., et cunctis ceteris defunctis. Valete.

222. Titulus sancti Salvatoris Nivernensis.

Anima ejus requiescat in gloria. Orate pro nostris defunctis, Warino priore, Ricardo, Azone, et pro aliis.

223. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Stephani Nevernensis cœnobii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro Rotberto episcopo, pro Willelmo comite, et pro aliis.

224. Titulus beate Marie de Caritate[1].

225. Titulus sancti Sulpitii archiepiscopi Bituricensis.

226. Titulus sancti Petri Virsionensis cenobii.

227. Titulus sancti Martini Masciacensis.

228. Titulus sancti Johannis Baptiste et ewangeliste sanctique Walterii Tornacensis ecclesie.

229. Titulus sancti Leonardi confessoris Christi Nobiliacensis cenobii.

230. Titulus sancti Johannis ewangeliste Aureliensis cenobii regularium canonicorum.

231. Titulus sancti Augustini Lemovicensis.

232. Titulus sancte Marie matris Dei Lemovicensis.

233. Titulus sancte Trinitatis Cicestriæ.

234. Titulus sancte Marie Bercignensis ecclesie.

235. Titulus sancti Neoti Ernulfiberie.

1. Le texte des titres suivants manque dans la copie faite pour Mabillon.

236. Titulus sancte Marie Troneie.

237. Titulus sancti Petri Burgensis ecclesie.

238. Titulus sancti Petri et sancte Adeldryde virginis Eliensis ecclesie.

239. Titulus sancte Marie de Achra.

240. Titulus sancti Johannis evangeliste de Ponte Fracto

241. Titulus sancte Marie Wigornensis ecclesie.

242. Titulus sancti Petri apostoli Abbatisberiensis.

243. Titulus sancti Petri apostoli Cerneliensis ecclesie.

244. Titulus sancte Marie Rumesigensis ecclesie.

245. Titulus sancti Petri de Gloecestra.

246. Titulus sancti Martialis Lemovicensis.

247. Titulus sancti Petri sanctique Walterii Stirpensis.

248. Titulus sancti Salvatoris Karrofensis ecclesie

249. Titulus sancti Stephani prothomartyris Bassacensis.

250. Titulus sancte Marie Exoldunensis.

251. Titulus sancti Lauriani Wastinni.

252. Titulus sanctæ Suessionensis Marie monialium.

253. Versus Hugonis hi sunt hujusque nepotis.

XXXVII

Encyclique sur la mort du B. Giraud de Salles.

1120.

Le B. Giraud de Salles, l'un des disciples de Robert d'Arbrissel, mourut le 20 avril 1120. Nous en possédons la vie, écrite au trei-

zième siècle dans l'abbaye de Notre-Dame des Châteliers; elle a été publiée par D. Martène[1] et par les Bollandistes[2]. L'auteur a intercalé dans son récit l'extrait d'un écrit de Guillaume, évêque de Poitiers, et des abbés-ermites, qui était, à n'en pas douter, l'encyclique d'un rouleau relatif à la mort du B. Giraud. En voici le texte :

.... Vitam religiosissimi ac famosissimi viri Giraudi tangimus summatim, non seriatim exponimus. Epistolam succingimus, non historiam teximus. Puer ingressus est cœnobium, inde migravit ad eremum ; sublimiter degebat in cœnobio, sublimius vixit in eremo ; excellenter religionem inchoavit, excellentius terminavit. Non Ægypti ollas, non Sodomæ flammas, non argenti auras, non vanitates respexit et insanias falsas. Ascensiones in corde suo disposuit, de virtute in virtutem ascendit, ad supremum tecti pervenit, canticum graduum intonavit. Vestis ejus erat cilicium, potus aqua, legumen prandium, vita ejus crux et martyrium, nec æger, nec incolumis cilicio carebat, nec æger nec incolumis nisi semel comedebat, in omnibus gestis suis Hilarionem reddebat, Antonium præsentabat, immo Christus in eo vivebat. Totus ardebat et alios accendebat : nunc Johannes in eremo, nunc Paulus in publico, faciebat et dicebat, super montem excelsum ascenderat, unde Sion evangelizabat, multos inflammavit, multos ad eremum convocavit, multa loca ædificavit, in quibus normam beati Benedicti usque ad minimum iota servandam ordinavit. Quid plura ? Christum amavit, Christum prædicavit, Christum imitatus, ad Christum evolavit; si quid tamen rubiginis aurum

1. *Coll.*, VI, 989.
2. *Oct.*, X, 254.

contraxit vel imperfectum margarita, vestris purgetur beneficiis, orationibus et lachrymis. Si hoc non est ei necessarium, sed evolavit ad Christum, oratio vestra revertetur in sinum vestrum.

XXXVIII

Rouleau du bienheureux Vital, abbé de Savigny.

1122.

Le bienheureux Vital, fondateur de l'abbaye de Savigny, au diocèse d'Avranches, mourut en odeur de sainteté le 16 septembre 1122. Les auteurs contemporains s'accordent à attester l'ardeur de son zèle et le succès de ses prédications. La vie de ce digne émule de Robert d'Arbrissel et de Bernard de Tiron a été composée au douzième siècle, par Étienne, évêque de Rennes[1].

Le rouleau qui circula en France et en Angleterre à la mort du B. Vital était gardé comme une précieuse relique par les moines de l'abbaye qu'il avait fondée. Il est aujourd'hui conservé aux archives de l'Empire, dans l'armoire de fer; il est long de 9 m. 50 et large de 0^m 225. Le commencement du rouleau, qui contenait l'encyclique et un certain nombre de titres funèbres, n'existe plus.

Heureusement l'encyclique se trouve en grande partie dans l'opuscule d'Étienne de Fougères, qui vient d'être indiqué. L'auteur mentionne expressément l'emprunt qu'il a fait au rouleau : « His itaque de vita sancti aliquanto prolixius pertractatis, quoddam breviarium facientes, adhuc quasdam ejus virtutes breviter, sicut in rotulo qui de morte ejus scriptus est habentur, annotemus, et tandem ad ejus transitum veniamus. »

Baluze s'était procuré en 1679 une copie du rôle du bienheu-

1. Une copie de cet opuscule se trouve dans l'*Histoire de la congrégation de Savigny* (ms. de la bibliothèque de Fougères).

reux Vital, qui est maintenant à la Bibliothèque impériale[1]. Mais au dix-septième siècle, le rôle était déjà mutilé, et la copie de 1679 ne contient qu'un seul des titres dont le texte manque sur l'original[2].

Les extraits du rouleau qui sont à la fin de l'*Histoire Ms. de la congrégation de Savigny* offrent encore moins de ressources que la copie de Baluze. C'est d'après ces extraits que M. Badiche a parlé du rouleau dans la notice qu'il a consacrée au bienheureux Vital[3].

En 1835, M. Léchaudé d'Anisy appela l'intérêt de l'administration sur le rouleau de Savigny, qu'il avait trouvé dans les archives de la sous-préfecture de Mortain[4].

Ce précieux document fut une des pièces que M. de Wailly transporta en 1839 de Mortain aux archives du royaume.

En 1841, les titres émanés des abbayes de Saint-Thierri et de Corbigny furent reproduits en *fac simile* dans la *Paléographie universelle* de Silvestre (pl. 182).

L'encyclique et la table des titres furent publiées en 1847 dans la *Bibliothèque de l'école des Chartes*[5].

En 1848, la Société des antiquaires de Normandie fit paraître le texte complet du rouleau, avec des *fac simile*[6].

. . . . . .

Hic igitur pater ab infantia disciplinis liberalibus eruditus, postquam ad virilem etatem pervenit, in rerum abundantia positus, cepit amare paupertatem, simulque illud evangelicum ante oculos ponens : « Qui non renuntiat omnibus que possidet, non potest esse meus discipulus, » sicut de beato Benedicto dicitur, quo-

1. Collection Baluze, 45, f°s 371-389.

2. C'est le titre de l'abbaye de Lessay, n. 1 de la présente édition.

3. *Biographie univ.*, XLIX, 279.

4. *Annuaire du dép. de la Manche*, 8e année, p. 101. — Champollion, *Documents historiques inédits*, I, 344.

5. 2e série, III, 402, dans ma notice sur les *Monuments paléographiques concernant l'usage de prier pour les morts.*

6. 2e série, VII, 229, dans un *Rapport* de M. de Formeville, qui a été publié à part.

niam aridum, mundum cum flore despexit. Hic igitur divine miserationis manu a labentis seculi hujus ruina ereptus, eremiticam vitam, in loco qui Domni Petra dicitur, decem et septem fere annis strenue duxit, non sine frequenti visitatione probatarum honestarumque sui temporis personarum, domini videlicet Roberti de Arbrexel, qui cenobium quod Fons Ebraudi dicitur edificavit, et domini Bernardi de Tyron, cum aliis clarissimis ejusdem professionis personis; qui in predicto loco Domni Petre, more sanctorum patrum, collationes persepissimas facientes, de sancte ecclesie statu et animarum utilitatibus disserebant. In qua professione quam sancte se habuerit, quantum seculi contemptor et paupertatis amator, quam parcus sibi, largus egentibus, quantum jejuniis, vigiliis, orationibus et aliis sanctis operibus intentus fuerit, supradictarum ad eum personarum familiaris et frequens conventus indicat, dicente propheta : « Cum sancto sanctus eris. »

Quantum vero divini verbi fidelis atque indefessus exstiterit dispensator, comprobetur fratrum suorum, qui eum comitabantur, labore intolerabili et ex labore defectu, cum, ipsis sedentibus et in ejus obsequio sibi invicem succedentibus, ipsum in predicationibus nunquam sedere, defessisque sepe auditoribus, nunquam viderunt deficere. In quo officio si quis verbis comprehendere velit, quot nequam hominum insidias, quot sitis et famis contumelias, quot estus aliasque aeris intemperies toleraverit, casso labore consumptus deficiet. Hic tamen nihil terreni appetens, « non que sua sunt, sed que Jesu Christi, » querebat, ad hoc tantum laborans, ut inter discordantes pacem restitue-

ret, egentibus victum et vestimentum, vagis hospitium, reis veniam, meretricibus legitima conjugia, leprosis domos ceteraque necessaria provideret ; cui Dominus tantam gratiam conferebat, ut licet difficilia et impossibilia aggrederetur, Dei adjutorio nunquam deerat effectu. Dum igitur hiis et hujus modi operibus sanctitatis per decem et septem annos deservisset, tandem precibus fratrum coactus, quorum sanctitatis ejus causa non minima ad eum multitudo confluxerat, plusquam septies viginti utriusque sexus pater effectus est personarum, prestantius, justa Gregorium, judicans multis prodesse, quam sibi soli vivere; nec tamen, in regimine positus, pristinam paupertatem deseruit, predicationi nihilominus incubuit, ecclesiarum maximus fundator, pauperum constantissimus defensor, tyrannorum acerrimus reprehensor, gregis sibi commissi rectus ac modestus pastor et piissimus provisor.

1. Titulus sancte Trinitatis Exaquii.

Anima Vitalis et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

2. Titulus sancti Stephani Cadomi.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro Willelmo rege, pro Lanfranco et Guillelmo, archiepiscopis ; Gisleberto et Roberto, abbatibus, et aliis fratribus, parentibus, amicis et benefactoribus nostris, quibus omnibus det Deus vitam æternam. Amen. Orate pro consanguineis ejusdem Vitalis, Rainfredo patre ejus, Rohae matre ejus, Ricardo, Rainaldo, Turstino, Adelina,

Avenia, Awunda, Hadwisa, Murielde, Amelina abbatissa. Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Cum sint nota satis preconia strenuitatis,
Cur a tantillis scriptis insistitur illis?
Est potius flendum cum flentibus atque dolendum,
Quod mors absque mora sic consumat meliora
Dicitur a vita Vitalis, sit sibi vita.
Quotque sonat nomen sibi felix compleat omen.

3. Titulus sanctæ Trinitatis Cadomi.

Dum vixit, mundo quem sprevit cessit ab isto
Vitalis, summus sit sibi vita Deus.
Quis valeat fari digne, vel quis meditari
Quam dulci studio profuit hic populo?
Illius occursus omnis metuebat iniquus,
Qui faciendo malum non timuere Deum.
Ille pius dictis hos affabatur amicis,
Et, promendo bonum, linqueret omne malum
Suadebat; multi suadente fuere retracti
Hoc errore suo, seque dedere Deo.
Hujus erant comites pietas, concordia; lites
Vitabat; summus, quo mediante, Deus
Cordibus in multis fundebat semina pacis.
Exemptum talem morte dolete patrem,
Fratres, quos traxit vitiis secumque gregavit,
Et bona, dum licuit, quis documenta dedit.
Jam geme Normanna tanto patre gens viduata :
Non est quo verbis nunc satiere bonis;
Hic te, dum licuit, Domini sermone cibavit.
Hoc aliisque bonis gaudeat ipse polis. Amen.

Orate pro nostris, Mathilde regina, et Willelmo ejus filio, atque pro filiabus ejus Adilide, Mathilde, Constancia; pro abbatissa nostra Mathilde; Adelaidi, Rohaisa, Hatvisa, Murieli, Emma, Rohaisa, Basilia,

Emma, Adela, Helvisa, Helvisa, Rosza, Emitia, Adelaisa, Eremburgi, Ermelina, Avitia, Ascelina, Hatvisa, M....., Emmelina, Wimara, monialibus, et pro cunctis nostre congregationis defunctis, quorum anime in pace requiescant.

4. Titulus sanctæ Mariæ Baiocensis ecclesiæ.

Postquam Vitalis cecidit, rigor æcclesialis,
Desolatorum solatio, dux monachorum,
Vobis esse datum, fratres, fletis grave fatum.
Quare posse mori permittitur illius ori,
Quod divinorum fonx extitit eloquiorum?
Hujus in ingressu concordia, paxque recessu.
Quo se vertebat, ibi semper proficiebat.
Nulli nota satis est summa suæ bonitatis.
Ille requisitus conmissa referre, peritus
Protulit extenta quæ sumpserat ante talenta.
Nunc tribuatur ei locus æternæ requiei.

Orate pro nostris, Odone episcopo; Conano, Serlone, canonicis; Helgoto archidiacono, Hugone, Turgiso, Symone, Thoma, canonicis; Radulfo archidiacono.

Pacis opus Vitalis eras. Nunc clausus in amtro,
Dampna, dolor, patriæ, fratribus ipse jaces.
Si tibi mors pretio jam vellet parcere, pro te
Hermi danda foret dives arena sibi.
Sed mors divitias non umquam curat hàbere,
Æquaque divitibus pauperibusque venit.
Mors de te rapuit in te quod juris habebat.
Spiritus ante Deum quod caro fecit habet.
Flent cecidisse ducem fratres, Normannia lucem,
Sed prodesse parum reor effusus lacrymarum;
Hi flent abbatem subiisse necis gravitatem,
Spiritus abbatis, nichil hinc habet utilitatis.
Mors est Vitalis dissessio spiritualis.

Non est credendum quod morti jus sit [habendum]
Ullum per fatum sibi surripuisse beatum.
Credo fores cœli reseratas cuique fideli.
Quæ tulit, abbati sint omnia commoditati.

In sancta synodo Baiocensi unusquisque sacerdotum ibi congregatorum donavit domno Vitali tres missas et unum trentale infra pascha, et canonici æcclesiæ donaverunt ei servicium unius canonici.

5. Titulus sancti Martini Troarni.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Durando et Arnulfo, abbatibus; Moyse, Machario, monachis; Giraldo, Roberto, Rainaldo, Ilberto, Philippo, Petro, Radulfo, Willelmo, laico; Osberno, Albereda, Ascelina, Hunfrido, Albereda, Durando, Ricardo, Willelmo, Willelmo, Bernardo, Rogerio, Duvelina, Adeleisi, Cintoria, et omnibus parentibus et amicis nostris.

6. Titulus sanctæ Mariæ Divæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Ainardo abbate, Lecelina comitissa, Fulcone, Benedicto, Galterio, Radulfo, abbatibus; Mascelino, Rogerio, Ragnulfo, Willelmo, Ilberto, Rotberto, monachis; Willelmo, Lothario, Albereda, Willelmo, Hugo, Tecelino, et omnibus aliis amicis nostris.

7. Titulus sancti Petri Lexoviensis.

In requie degit, si crimina quæque subegit;
Si minus, in penis, exutus carnis habenis;
Vel recipit penam, vel de certamine palmam.
Hic bene certavit, Dominum sapienter amavit;

Et quem dilexit Deus hunc super ethera vexit.
Angelicus cetus de tanto compare letus,
Hunc colletatur et collaudans veneratur.
Ergo piis precibus patrem super astra locatum,
Hunc exoremus veniamque locumque paratum.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Rogerio episcopo, Herberto, Hugone, Gisleberto, Fulcherio, Willelmo decano.

8. Titulus sanctæ Mariæ Lexoviensis.

Orate pro nostris, Hugone episcopo ; Lescelina, Emma, comitissis; Basilia abbatissa;..... priorissa; Advenia, Havidis, Hebreia, Legardis, Kenilda, Eulalia, Sibilla, Adelaidis, monachis, et pro aliis omnibus.

9. Titulus sancte Marie Cormeliensis.

Anima ejus et anime omnium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Willelmo comite, Osberno, Emma domina, Gisleberto, Guillelmo, abbatibus; Ranulfo priore, Olrico, Richerio, Galterio, Roberto, Rainerio, Teoderico, Odone, Alverado, Turstino, Roberto, Drogone, monachis; Ascelino laico, et pro aliis fratribus, parentibus, amicis et benefactoribus nostris, quibus omnibus det Deus vitam eternam. Amen.

10. Titulus sancti Petri Pratelli.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Hunfrido, Rogerio, monachis, Rotberto comite, Henrico comite et monacho, fundatoribus nostræ æcclesiæ; Ansfrido, Willelmo, Goisfredo, abbatibus; Teoderico,

Heltone, Rodulfo, Petro, Rotberto, Ricardo, Goisfredo, Hunfrido, Goscelino, Huberto, Johanne, Willelmo, Galterio, Osberno, Hildulfo, Ascone, Huberto, Durando, monachis; Durando presbitero, Guillelmo, Godefrido, Hugone, Rogerio, Giraldo, Walterio, Petro, Herberto, Goisfredo, laicis; Resta monacho, et aliis nostris fratribus et familiaribus.

11. Titulus sancti Leodegarii Pratelli.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris, Emma, Racilde, Anffride, Adelide, abbatissis nostris; Cecilia, Alberada, Adelina, dominabus nostris; Avenia, Basilia, Hathvisa, Ermelina, Alberada, Guimara, Avicia, Lucia, Elisabeth, Adeliza, monialibus, et pro omnibus aliis.

12. Titulus sanctæ Mariæ Gresteni.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Roberto comite; Herluino, Gaufrido abbate, Godefrido monacho, Dodone, Amato, Sansone, Mathilde comitissa, Herleva, Adeleisa, Tescelina, laicis.

Carta brevis sensusque levis carmen breviavit
Nam brevis est, et mens levis est, nec multa probavit.
Per varias multasque vias est carta ferenda.
Propterea jam non in ea sunt multa loquenda,
Hinc igitur, quia sic petitur, jam provideatur
Utilius quicquam meliusque quod adiciatur.
Ælcclesiæ vox sancta pie, quam grex petit iste
Flendo, pium ferat auxilium per te, bone Christe,
Patri Vitali. Dignus sit nomine tali,
Vivat Vitalis, sit ei lux perpetualis.
Vivat in æternum, det ei diadema supernum,

Cui se donavit, Christus, quem semper amavit,
Cui se devovit, quem non a corde removit.
Lector et auditor, nostrum relegendo precamen,
De patris interitu, mestus respondeat : Amen.

Item.

Non stupeas hominem per casum mortis inanem
Ex se materiem dare paulo post lutulentam,
Quam, veluti fertur, vermes de tabe creati
Diminuunt penitus, quos omnes denique tollit
Esuries escæ, jam prorsus deficiente
Quem comedant victu, propter quod sic moriuntur.
Unusquisque quidem prothoplasti crimine sortem
Suscipiet lapsus, quo vitæ deseret usus.
Istud terrigenæ Deus haud innotuit Adæ :
Limus es, exeruit, naturæ jura subibis,
Pulveris in glebam redigeris præscius Adam.
O genus humanum, perlabile, tam miserandum,
Cor teneas mestum cum præstoleris amarum,
Ah tibi venturum, jam non dubie tolerandum.
Luctus, vade domum. Lusorum desere luxum.
Non est auxilium quo declinare futurum
A te prævaleas, apud omnes cum memorata
Extiterint, hæc et fore naturalia nemo
Discretus dubitet, qui quidnam sint bene penset.
Ex quo grex gemitus desistat promere sanctus.
Abbas a puero Vitalis se dare Christo
Certe disposuit, quod post haud segniter egit.
Nil prosunt lacrimæ. Quid eis revocatur ad esse?
Cui brevitas vitæ presentis possit abesse?
Ex prece multimoda tribuuntur regna beata,
Devoteque datis, ut res est, ex alimentis,
Ecclesiæ matris in pauperibus recreandis,
Aut utroque modo reditus disponitur ordo
Ad Christum, qui dirigat hunc ad regna polorum.
Amen.

13. Titulus sanctæ Mariæ de Bellimonte.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Nicholao, Helgoto, abbatibus; Johanne monacho cantore, Turoldo monacho, Rodulfo monacho priore, Benedicto, Odone, monachis, et aliis fratribus, parentibus, amicis et benefactoribus nostris, Roberto Bertranno, Willelmo filio ejus, Susanna uxore ejus, et omnibus aliis, quibus omnibus concedatur vita æterna. Amen.

14. Titulus sancte Marie Bernaci.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Osberno, Vitale, Radulfo, abbatibus; Richerio, Fulberto, Goduino, prioribus; Benedicto, Radulfo, Fulberto, Arnulfo, Godefrido, Roberto, Anschitillo, Rotberto, Ogerio, Willelmo, Girardo, Rogerio, Simon, Felicio, Avicia, et pro omnibus aliis fratribus, sororibus, parentibus, amicis, benefactoribus, quorum nomina Deus scit.

15. Titulus sanctæ Marie Rothomagensis ecclesiæ.

Abbas Vitalis, qui vitam semper amavit,
Vivat, et æterna luce fruatur. Amen.

Item.

Quæ lex carnalis sit, cujus conditionis,
Mors argumentis parat horrendæ rationis.
Abbas Vitalis sanctus, pius atque benignus,
En moritur, vitæ melioris munere dignus.
Dumque quod est terra solvit, dum carnea castra
Exit, habet cœlum, cœli positus super astra.

Item.

Archiepiscopus Rothomagensis, in Christi no-

mine, et omnes sacerdotes sui archiepiscopatus annuerunt anime Vitalis abbatis mille missas. Anima ejus requiescat in pace. Amen.

16. Titulus sancte Trinitatis Andegavis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Quod petistis implevimus, et ut fratrum nostrorum memores esse dignemini humiliter vos deprecamur, Goffridi, Petri, Rainaldi, Ermenaldi, et aliorum.

17. Titulus sancti Petri sanctique Audoeni Rothomagi.

Abbas Vitalis, virtute nitentibus alis,
Carne, quod optavit, resolutus, ad astra volavit.
Vixit in hac vita sanctissimus hic hemerita,
Et pius et lenis, parcus sibi, largus egenis.
Iste potestates, et mundi prosperitates
Non attendebat, mala dampnans sancta docebat;
Sic Christo vere soli cupiendo placere,
Fortis cum mundo pugnavit fine secundo.
Hinc est gaudendum, non pro pastore dolendum,
Qui superans sevum predonem vivet in evum.
Quod concedat ei gracia magna Dei. Amen.

Orate pro nostris, Nicholao et Helgoto, abbatibus; Hugone priore; Johanne cantore, Turoldo, Willelmo, Rogerio, Benedicto, Rodulfo, Odone, Willelmo, Willelmo, monachis; Eudo dapifer, Rohaidis uxor ejus, et pro omnibus aliis parentibus et benefactoribus nostris, quorum Deus nomina novit.

18. Titulus sancti Amandi episcopi.

Anima donni Vitalis abbatis requiescat in pace. Amen.

Quod petitis vestris, eadem [vos] reddite nostris.

Orate pro nostris, scilicet donna Emma abbatissa, Hatvidis, Benscelina, decanis; Cecilia cantrice, Tola, Beatris, Emma, Hodierna, Bonanata, Rohaide, Henrico monacho, Wilelmo filius Ansgeri, Petrus, Wilelmo, et pro pluribus aliis quorum nomina Deo soli sunt cognita.

19. Titulus sanctæ Trinitatis de Monte Rothomagi.

Anima ejus et anime fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Isemberto, Rainerio, Guatero, abbatibus; Odone, Nicholao, Godefrido, Goisfredo, Ansfrido, prioribus; Willelmo, Balduino, Willelmo, Ansberto, Nicholao, Radulpho, Rainoldo, Ansberto, prioribus; Odo, Riceldis, Willelmo, Hugone, Emma, Walterio, Radulpho, Winemerus, Riceldis, laicis; Goscelino et Emmelina, fundatoribus nostre ecclesie, et pro aliis defunctis.

Hic vir Vitalis qui flos fuit æcclesialis,
Felix lætetur, cœli super astra locetur. Amen.

20. Titulus sancti Pauli Rothomagi.

Quisquis cœlesti vult esse beatus in aula,
Hujus ad exemplum vivat in orbe patris.
Iste bonus cantor, pastor pius, optimus abbas,
Faccundus, sapiens, religiosus erat.

Orate pro nostris, Hugolina, Catherina, Emma, Seifrida, Benedicta, Ansfrida, Alberada, Seifrida, Richilde, Richilde, et pro cunctis fidelibus.

21. Titulus sancte Marie de Prato.

Anima Vitalis et anime omnium fidelium Dei defunctorum requiescant in pace. Amen.

22. Titulus sancti Georgii Balcherii ville.

Anima Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Willelmo, Emma, Goisfredo, Rotbertus, Herulfus, Rotbertus, laici; Adeliza, Genovefa.

23. Titulus sancti Petri Gemmeticensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Rotberto archiepiscopo, Rotberto, Guntardo, abbatibus; Hilduino, Stephano, Huberto, Ursone, Walterio, Odelrico, Odardo, Valterio, Philiberto, Johanne, Petro, Hunfredo, Goscelino, Odone, Walterio, et pro omnibus aliis quorum nomina Deus solus novit.

24. Titulus sancti Wadregisili abbatis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Girardo, Mainardo, Gradulfo, Rotberto, Girberto, abbatibus; Nicholao, Stephano, Gregorio, Malgerio, monachis; Vualtero priore, Ambrosio, Milone, Azone, Gisleberto, Willelmo, Ansgero, Waltero, Willelmo, Gisleberto, Willelmo, Fulcone, Anselmo, Rotberto, Rogero, Gisleberto, monachis; Henrico clerico, Herberto, Alberico, Warengero, Walterio, Goscelino, Ascone, Willelmo, Walterio, Gomundo, Ricardo, laicis, Ricardo monacho, Godardo, Goscelino, Willelmo, Willelmo, Rodulfo, Hugo, Alberico, laicis; Delicata, Helvisa, Emma, Ermengardis, Maria, Lescelina, Ans-

friedis, Maltildis, Osmoildis, Beatrix, Riceldis, Advenia.

25. Liglebonenses clerici Vitali, Savigneiensis cenobii abbati, pro Dei amore suorumque peccatorum remissione, xxx missas et xx psalteria concedunt. Orate pro Waltero suisque condiscipulis.

26. Titulus sanctæ Mariæ Monasterii Villaris.

Anima famuli tui Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Beatrix, Elisabet, abbatissis; Elisabet secretaria; Alberada, Agnes, Rohaide, Petronilla, Richilde, Juliana, Alberada, Mabilia, Basilia, Sibilla, Fredissende, Benedicta, Cecilia, Ada, Hathvide, Ada, et omnes alie quorum nomina Deus novit.

27. Titulus sancte Trinitatis Fiscanni.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Ricardo, Ricardo, ducibus; Willelmo, Johanne, Willelmo, abbatibus; Tanquardo, Antonio, Hulrico, monachis; Raddulfo monacho, Nicholaõ, Juliano, Johanne, Hugone, Giraldo, Balduino, Adsone, Herberto, Rogero, Petro, Osberto, Odone, Herberto, Gonscelino, Hugone, Hunfrido, Sagifrido, Joisfrido, Rotberto, Benedicto, Rogero, Sibaldo, Warnero, Hescelino, Johanne, Eudone, Balduino, Mauro, Huberto, Axidis, Margarita, Ermengardis, et aliis.

28. Titulus sanctæ Fidis Longævillæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate

pro nostris : Walterio Gifardo, Nagaldo priore, Gisleberto, Wandregisilo, et aliis.

29. Longevillenses clerici, litterarum doctrine dediti, Vitali, paranimphorum venerabilissimo, proselitorum solatio, Savigneiensis cenobii abbati, pro Dei amore suorumque peccatorum remissione, XXV missas et XLII psalteria.

Orate pro Godefrido suisque condiscipulis, atque pro sacerdotibus Willelmo, Radulfo, Gozelino.

30. Titulus sanctæ Mariæ Altifagensis æcclesiæ.

Anima domni Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Drogone, Gulberto, Beatrice, Avicia, fundatoribus nostræ æcclesiæ.

31. Domna Mathildis, reclusa de Fiscanno, concessit domno Vitali totius beneficii sui participium et tria psalteria. Et quidam clericus unum psalterium.

32. Titulus sancti Victoris martyris.

Anima domni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Radulfo, Roberto, Goisfredo, abbatibus; Gisleberto, Gisleberto, Gertranno, prioribus; Malgerio, Haymone, Roberto, monachis, et aliis fratribus et amicis ac familiaribus.

33. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Martini de Nogione.

Anima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris,

orate pro nostris, pro comite nostro Willelmo, et Helvisa comitissa, æcclesiæ nostræ fundatores, necnon et pro nostris fratribus, Ivone, Rodberto et Haimerico.

34. Titulus sancti Geremari Flaviacensis cenobii.

Absolve, Domine, animam famuli tui et omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per Dominum nostrum Jhesum Christum, filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen. Orate pro nostris abbatibus vel monacis, Warnero, Hugone, Johanne, Ludovico, abbatibus; Hugone, Alboudo, Osberto, monachis, et ceteris.

Non animabus carmina prosunt versificantum;
Judicis iram mistica frangunt vota precantum.
Scriptitet ergo quisque superbus carmen inane;
Psalmus et hymnus sit bene doctis semper in ore.
Jactitat audax quem bibit haustum, quo male turget,
Grande volumen rolligeri dum versibus implet,
Ludicra dicat quæ magis optat, cantio vana;
Pace quiescat mortuus abbas, scriptio nostra.

35. Titulus sancti Petri Consiacensis cenobii.

Dic, homo, quid cultus? quid opes? quid gloria rerum?
Omne quod est genitum tendit ad interitum.
Occidit iste Dei servus; sibi det requiei
Dona Deus.

In rotulis usus juvenum notat improbus usus;
Deberent miseri communia fata vereri.
Nos tenere sortis trahit inclementia mortis;
Ad tristem portum cadit omne quod accipit ortum
Qui modo nugantur, quæ dicimus hæc meditantur.

Orationes nostre ab invicem seminentur tam pro vivis quam defunctis, per Jhesum Christum Dominum nostrum.

36. Titulus sanctæ Marie Belvaci.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, ut nos oremus pro vestris. Orate pro domina Berta abbatissa, Odila abbatissa, Berta monacha, Agnes, Ada, Reneldi, monachis, et pro ceteris omnibus orate.

37 Titulus sancti Quintini Belvacensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Ricardo, Ursione, Evrardo, Albano.

38 Titulus sancti Luciani Belvacensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Tetbaldo, Petro, abbatibus; Goisleno, Walterio, Walberto, Yvone, Yvone, Ylberto, Roberto, Warnerio, monachis; Odelina, et ceteris omnibus.

39. Titulus sancti Symphoriani Belvacensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Francone, Warnerio, Radulfo, Rotberto, Berengerio, abbatibus; Fulcone, David, Amelio, Teoderico, Goisfredo, monachis, et aliis omnibus.

40. Titulus sanctorum confessorum Martini et Germani Pontisariensis cœnobii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, pro domno ab-

bate Gauterio, Radulfo priore, alioque Radulfo, Johanne, Michaele, Hildeburge sanctimoniali, Amalrico, Guillelmo, Fulcone, Gertrude sanctimoniali, et pro omnibus aliis fratribus, sororibus, parentibus, amicis, benefactoribus quorum nomina Deus scit.

41. Titulus ecclesie sancte Marie Argentoilensis cenobii.

Anima donni Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum in pace vera, que Christus est, requiescant. Oravimus pro vestris; orate pro nobis et pro nostris, Balduino comite, Basilia, Adela, Judit, abbatissis; Helvide, Adela, monialibus; Eremburge decana, Adelaidis, Havidis, Dodone laico, et omnibus quorum nomina Deus in libro vite scribat. Amen.

Flet pastore pio grex desolatus adempto.
Soletur miseras turba fidelis oves;
Proh dolor! hunc morsu sublatum mortis edaci,
Non dolor aut gemitus vivificare queunt.
Ergo quid lacrime? Quid tot tantique dolores
Prosunt? Nil prodest hic dolor, imo nocet.
Sed licet utilitas ex fletu nulla sequatur,
Est tamen humanum morte dolere patris;
Est etiam gaudere pium, si vis rationis
Tristicie vires adnichilare queat.
Mors etenim talis non mors sed vita putatur :
Nam moritur mundo, vivit et ipse Deo.
Oret pro nobis, omnes oremus ut ipse
Et nos ad Christum / vitam perveniamus. Amen.[1]

1. Il est possible que cette pièce de vers ait été écrite par Héloïse, qui habitait le monastère d'Argenteuil quand le rouleau du bienheureux Vital y fut présenté. Voy. *Bibl. de l'école des chartes*, 2e série, III, 389.

42. Titulus sancti Dionysii ariopagitæ.

Anima ejus et omnes fideles animæ requiescant in Christi pace. Orate pro defunctis nostris, Dagoberto, Carolo Calvo, Rodberto, Henrico, regibus; pro abbatibus Ludovico, Fulrado, Hugone, Auberto, Rainerio, Ivone; pro monachis Fulcuino, Gaufrido; Adelelmo priore, Durando, Durando, Odone, Lamberto, Fulcone, Rodulfo, Gisleberto, Arnulfo, Lamberto.

43 Titulus sancti Martini de Campis.

Omnipotens pius et misericors Deus animam venerabilis patris vestri donni N. aliorumque fratrum vestrorum dignetur absolvere ab omni vinculo delictorum eisque donare dignetur vitam et requiem sempiternam in sorte electorum et requie beatorum. Amen. Sicut ergo nos pro illis orare studuimus, ita et vos pro nostris orare ne differatis. Orate pro domno Urso priore, et pro domno Tetbaldo priore, et pro domno Drogone archidiacono, et pro omnibus aliis quorum nomina Deus novit in sapientia sue æternitatis.

44. Titulus sancti Germani Parisiorum episcopi.

Anima donni Vitalis abbatis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro domno Childeberto rege, pro Morardo, Petro, Isembardo, Rainaldo, abbatibus; Gislemaro, Ademaro, Petro, Frotmundo, Augerio, Hilduino, Rotberto, Rodulfo, Hildeberto, monachis, et pro omnibus aliis fratribus, sororibus, parentibus, amicis, benefactoribus, quorum nomina Deus scit.

45. Titulus sancti Victoris Parisiensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris.

46. Titulus apostolorum Petri et Pauli et beate Genovefe Parisiensis.

Abbas Vitalis vir vitæ spiritualis,
Quod laus mundana sit deceptoria, vana,
Cognovit vere, nec eam curavit habere;
Sed sum[m]a cura resecare studens nocitura;
Fratres servabat, presumentesque domabat
Verberibus patris, gestans ubera matris,
Mitti parcebat, quem fomite lactis alebat.
Vir talis, tantus, carnali mole solutus,
Ante Dei faciem possideat requiem.

47. Titulus sancte Marie Parisiensis æcclesie.

Anima ejus et omnium fidelium requiescant in pace.

Vitam Vitalis vitalem vita reliquit.
Summe Deus, qui cuncta potes, qui cuncta creasti,
Qui, genus humanum redimens, baratrum spoliasti,
Vincla crucemque pati qui pro nobis voluisti,
Omne quod est lege stabili qui disposuisti,
Fac ut perpetua cum sanctis luce fruatur
Abbas Vitalis, pro quo grex iste precatur;
Elige pastorem pastoris nomine dignum,
Qui desolatas hujus oves foveat.
Vivere quid prodest? Quid honor? Quid gloria rerum?
Quid genus aut species? Series quid longa dierum?
Cum nemo vivat quin mortis lege prematur,
Cum non sit quicquam cui parcere mors videatur.
Immo sorte pari super omnia vult dominari,
Nec differre putat a divite pauperiorem,
Nescia cui parcat, quasi nullum noscat honorem;
Et sic equales tandem et facit omnibus omnes.

Atque tot et tanta que mundus fertur habere,
Conperiunt tunc esse nichil, nichilumque valere
Dum vixere tamen petiere nichil valiturum,
Nil petiere sibi quod non esset periturum :
Gaza perit, perit omnis honor, speciesque genusque,
Omne perit; non omne tamen : nam si quis habetur
Justus, in eternum vivet, nec morte premetur,
Iste sibi cavit, cavit sibi ne moreretur ;
In mundo sic vixit, uti vita frueretur.

48. Titulus sancti Maglorii Parisiensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Rainaldo, Alfrido, Ascelino, Haimone, Ylrico, abbatibus; Benedicto, Arnaldo, Alranno, Rotberto, Dominico, Wauterio, Johanne, Alrico, Euvrardo, monachis, et pro omnibus aliis fratribus, sororibus, parentibus, amicis, benefactoribus nostris, quorum nomina Deus scit.

49. Titulus sancti Petri Radoliensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Lætus cum sanctis vivat sine fine Vitalis;
Nostris defunctis, petimus, succurrite cunctis.

50. Titulus sancti Petri Caziacensis.

Anima donni Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen.

Oramus pro vestris, orate pro nostris.

51. Titulus sancti Ferreoli martiris Sosmensis æcclesiæ.

Anima donni Vitalis et animæ omnium fidelium de-

functorum per Dei misericordiam requiescant in pace. Amen.

52. Titulus sanctorum martirum Crispini et Crispiniani.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris abbatibus et monachis quorum nomina altissimo sunt nota.

53. Titulus sancte Marie Suessionensis æclesie.

Anima donni Vitalis et anime omnium fidelium defuntorum requiescant in pace. Orate pro nostris, et nos oravimus pro vestris. Ermentrudis abbatissa, Ermengardis, Adelaidis, abbatisse; Eva, Wiveta, Ida, Oda, Gela, Landrada, Pontia, Ermentrudis, Berta, Norhildis, Odila, Gela, Petronilla, Ermena, Elizabet.

54. Titulus sanctæ Mariæ Noviandi.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Henrico abbate, Godefrido abbate et episcopo, Stephano monacho sacerdote, Henrico converso, Rainaldo, Lantberto, sacerdotibus, ceterisque.

55. Titulus sancti Germani Autisioderis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defuntorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris.

Versus pueriles.

Abas Vitalis, tibi sit laux, vita perhennis :
Nam dum vixisti vestes escamque dedisti.

56. Titulus sanctorum martirum Gervasii et Protasii Suessionensis ecclesiæ.

Si posset redimi tantus vir fletibus iste,
Et mortis munus subverti munere triste,
Deberet flere sic ordo monasticus illum,
Ut quondam flevit sublatum Roma Camillum,
Munera multa forent hoc pro patre distribuenda,
Ad sua quod posset converti jura regenda;
Sed quia jura necis subvertere tanta nequimus,
Et metuenda nimis cunctis sua vincla subimus,
Est exorandus devotis mentibus ipse,
Cui convexa poli, cui mundus subditur iste,
Vitali vestro quod celi porta patescat,
Spiritus in sancta suus et sic pace quiescat. Amen.

Orate pro nostris, Gerardo diacono, Odone presbytero, Roberto diacono, et ceteris nostris defunctis.

57. Titulus sancti Johannis Suessionensis.

Omnia pulcria[1] claraque gaudia sorbet amara
Mors. Quia deseruit condere quod potuit
Vir stultus, com stultis est sine fine sepultus;
Angelicos socios perdidit inmo pios.
Si bene servasset legem, mortique parasset
Se, data de celis munera cara sibi
Sumsiset; vel si precepta Dei docuisset
In justos, socius justorum fieret.
Totus perfectus Christi pietate refertus
Iste Dei famulus dona petit Domino.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

58. Titulus sancte Marie Laudunensis eclesie.

Abbas Vitalis virtutum transvolat alis
Ad sacros cetus, Christi solamine fretus.
Quam meruit merces est ejus gloria perpes.

1. Sic.

Vos Deus hac requie dignetur letificare.
Ut flos in pratis nimio corrumpitur estu,
Sic homo peccati macula corrumpitur omnis;
Sed pax eclesie, que justos suscipit omnes,
Istum suscipiat, vitam tribuatque perhennem.

Dicite, quid prodest homini pro morte dolere?
Nullus in hoc mundo vivit qui morte carere
Possit. Quisque suo debet pro crimine flere,
Ut loca sancta queat patrie celestis habere.

59. Titulus sancte Marie Altæ Bruerie.

Omnipotens pius et misericors Deus animam venerabilis patris vestri Vitalis aliorumque fratrum vestrorum dignetur absolvere ab omni vinculo delictorum eisque donare dignetur vitam et requiem sempiternam in sorte electorum et requie beatorum. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, domno Roberto, domna Hersindi, Bertrea, Agnete, Ausendi, Judith, Aia, monialibus; Rainerio, Ilario, Evraudo, sacerdotibus; Stephano, Roscia monacha, et ceteris omnibus fratribus ac sororibus nostris.

60. Titulus sancti Vincentii Laudunensis cenobii.

Anima domni Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, domno Elinando episcopo, et cæteris episcopis; Rogero, Rainero, abbates; piissimo patre nostro Adalberone, qui obiit III kalendas augusti; Alrico, item Alrico, Elberto, Manegaldo, Rainbaldo, Alchero, Arnulfo, Wilelmo, Gualtero, Rainberto, Godefrido, et ceteris qui ex hoc seculo transierunt, quorum animæ requiescant in pace.

61. Titulus sancti Bartholomei apostoli et sanctorum confessorum Teoderici et Theodulfi in Monte Or.

Anima domni Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, quia oravimus pro vestris.

62. Titulus sancte Marie Remensis metropolis.

Si vellem, pater alme, tuos describere mores,
Et quantum fueris Domini perfectus amore,
Ante fatigata cessaret lingua manusque,
Quam consummatus foret ordo tue bonitatis;
Sed ne de luce videar producere fumum,
Sic volo, si possum, de te, pastor bone, fari,
Ut brevibus verbis possit laus plena notari;
Dico igitur quod par tibi nullus vivit in orbe
Par vel honestate morum vel simplicitate;
Sed quia carnalis nullus sine crimine vivit,
Vota Deo pro te fundamus, ut efficiaris
Eterne vite possessor in etheris arce.

Orate pro nostris omnibus vivis atque defunctis.

63. Titulus sancti Dionysii Remensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Oravimus pro vestris, et vos orate similiter pro nostris omnibus.

64. Titulus sancti Petri Remensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate etiam vos pro nostris.

65. Titulus sancti Remigii Remensis.

Anima domni Vitalis abbatis et anime omnium fide-

lium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris, orate et vos pro nostris.

66. Titulus sancti Petri Altvillaris.

Corda sciens hominum, qui te consistere limum
Jussit, in officium promovet obsequium.
Grande tibi nomen, tibi preclarum, pater, omen,
Quod dedit exterius, approbat interius.
Nomine Vitalis meritoque, polum tenet alis;
Quæ sua gaudia sunt, spiritualia sunt.

Item.

Quamvis a multis laudem ferat hic probitatis,
His majora dedit ut nobis cartula dicit.
Sed quia laudari nequit ad plenum, taceamus,
Ne laudando parum laudis bona supripiamus.
Vitali vestro vitam tribuat miseratus,
Cujus amore pio gessit bona, corpore vivus.

Orate pro nostris abbatibus, Nochero, Jocelino, Goderanno, Norjoldo, et pro aliis; pro monachis, Richero, Balduino, Hugone, Girardo, Hugone, Willelmo, Girardo, Roberto, Milone, Mainero, Joranno, Hugone, Alberto, Godefrido, Petro, Petro, Albodo, Rainnaldc, Rogero, Hugo, Johanne, et pro aliis omnibus.

67. Titulus sancti Stephani Catalaunensis ecclesie.

Vitalis vivit quia pauper vivere quivit,
Cum dives fieri posset; sed amabat haberi
Pauper mendicus, ne demonis esset amicus.
Nam qui mundanis iniant, quos vexat inanis
Gloria, falluntur miseri Satanamque sequuntur.
Qui comes est Satane non est mentis bene sanus.

Proh dolor! Interiit Vitalis! Gaudeat inde
Regia celestis, terra gemat misera;

Exultent tanto cœlestes compare digni!
Terra gemat tanto nunc viduata patre!
Pauper, mendicus sibi vixit, largus egenis,
Pupillos, viduas, veste ciboque fovens.

Abbas Vitalis dum mundanis opulentus
Viveret, hæc sprevit, haut ad cœlestia lentus.
Hic obiit, set eum juxte vixisse putemus;
Hunc ut celorum locet arce Deum rogitemus.

Oremus Christum regem, fratres, superorum,
Ut dignetur huic sedem concedere cœli,
Cumque beatorum turbis locet arce polorum;
Nam mundanarum dum dives diviciarum
Vixit, sanctarum custos fuit æcclesiarum.

Contio sanctorum cedat super astra polorum
Summe tibi pastor, sancte pietatis amator;
Nam, dum vixisti, Christo servire fuisti
Promptus, pauperibusque Dei victum tribuisti.

68. Titulus Omnium sanctorum in Insula.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris canonicis, Clarembaudo, et pro aliis omnibus, et nos oramus pro vestris.

69. Titulus sancti Petri Cathalaunensis cenobii.

Portitor insignis, pater hic tuus extitit ignis
Ardens et lucens, in subjectis sibi vivens.
Dum fruitur vita mortali qua sumus ista,
In delinquentes ardebat, dum resecare
Quæ fuerant vitii vellet, quia nullus amare
Debet justorum, nec consentire virorum.
Vivere cernebat quos juste, clara manebat
Lux ipsis. Sit vera salus de virgine natus
Christus ei, mundum voluit qui, fraude peremptum
Serpentis veteris, salvare redemptor in ævum.

Orate pro nostris, Rotgero, Willelmo, episcopis; abbatibus, Benedicto, Widone; fratribus monachis, Alberto, Stephano, Willelmo, cunctis quoque qui nos precesserunt cum signo fidei. Amen.

70. Titulus sancti Memmii Cathalaunensium primi episcopi.

Vitalis nomen vitæ denontiat omen.
Ex merito vitæ nomen datur huic heremitæ,
Et quia vivus erat vitæ documenta sequutus,
Evolat ad cœlos carnali mole solutus.
Unde potest credi cives (*vel* cœtus) gaudere beatos,
Tanto concive feliciter amplificatos.
Præmia prestet ei vitæ Deus atque diei.

Orate pro nostris, Philippo episcopo et abbate Odone abbate, Leberto canonico, et aliis.

71. Titulus sancti Salvatoris Virtuensis cenobii.

Est mentis sanæ comtempnere quicquid inane
Cernitur, atque sequi vestigia judicis equi;
Vita quid est hominis nisi lux Christum sicientis?
Vita quid est hominis nisi nox perversa gerentis.
Qui manet in viciis, nec ab his vivendo quiescit,
Quid sit lux nescit; nox est, totus tenebrescit.
Sed qui virtutum splendore nitet variarum,
Lucis iter sectans, ignorat iter tenebrarum,
Justiciæ semitam gradiens, querit sibi vitam;
Qua qui ditatur, vivet sine fine beatus,
Cum careat meta, secura, beata, quieta.
Hanc tibi, Vitalis, donet rex spiritualis.

72. Titulus sancti Albani prothomartiris Anglorum.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

73. Titulus sancti Martini Virtuensis castri.

Si dolor et fletus valuissent[1] .....
Non dolor et fletus inplessent .....
Quomdam Vitalis fratres qui .....
Cessit nature. Nunc restau .....
Dilexit clerum ! studuit cum.....

Anima ejus requiescat in pace. Orate pro nostris canonicis, et nos oramus pro vestris monachis.

74. Titulus sancti Petri Albensis.

Anime omnium fidelium Dei defunctorum requiescant in pace. Amen. Et anima Vitalis abbatis in pace requiescat. Orate pro nostris; oramus pro vestris. Orate pro abbate Haymerico, Mauricio monacho, Lanberto monacho, Herberto, Petro, et pro aliis quorum nescimus numerum. Amen.

75. Titulus sanctæ Mariæ Gaiensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

Oramus pro vestris; orate pro nostris, Johanne, Duranno, Odone, Walterio, Rannulfo, Richardo.

76. Titulus sancte Marie Ramerucensis.

Abbas Vitalis, mundi pars occidualis
Pro te tristatur, quia patre bono viduatur.
Vere Dei cultor, scelerum promptissimus ultor,
Terre comptemtor captivorumque redemptor,
Mellifluique sator verbi, bonitatis amator,
Justi defensor validus, pravis reprehensor,
Mestis solamen magnum, pressisque levamen,

1. On a effacé la fin de ce vers et des suivants; ce qui rend la pièce inintelligible.

Morte tua, pastor, suscepit gaudia cœlum,
Tellus lamentum, quia te sibi meret ademptum;
Sed consolatur quoniam, caro dum tumulatur,
Credit supremis quod spiritus adsociatur,
In celisque bonum se sperat habere patronum.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

77. Titulus sancti Salvatoris Belli loci.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Abbas Vitalis virtutum transvolat alis
Ad sacros cetus, Christi solamine frætus.

78. Titulus beatorum apostolorum Petri et Pauli Arremarensis cenobii.

Absolve, Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitatus respiret. Per.

Oravimus pro vestris. Orate pro nostris.

79. Titulus sanctæ Mariæ Trecensis eclesiæ.

Aalidis et Lethvidis, Freesendis et Alvidis. Anime eorum et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

80. Titulus sancti Petri Avennacensis.

Agnedis, Aalidis, Fredeburgis, Cecilie, Ermengarde, Hodierne, Roceline, Agnedis, Elizabet. Animæ eorum et animæ omnium defunctorum requiescant in pace.

81. Titulus sanctæ Mariæ Magdalenæ Vizeliacensis cenobii.

Animæ ejus et animæ omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris, pro domno Josceranno abbate, pro domno Artaldo abbate, pro Willelmo, pro Heleazaro, pro Gauzberto, pro Bernardo, monachis, pro Petro, et pro ceteris omnibus quorum nomina scit omnipotens Dominus.

82. Titulus sanctorum apostolorum Petri et Pauli sanctorumque confessorum Christi Veterini episcopi atque Leonardi abbatis Corbiniensis cenobii.

Animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

83. Titulus sancti Petri de Gloecestra.

Cujus ad examen dat gratia sola juvamen,
Nec prosunt merita justis, pietate remota,
Rex pie, Vitalis sis criminibus venialis.
Sunt bona nota tibi, non peritura sibi.
At miseros illos mentis ratione pusillos,
Funera qui rident, nec sua fata vident,
Corrige clementer, delinquunt nanque scienter.
Fac tepeat ratio, desipiens vitio.
Casibus indultis miserere quibusque sepultis:
Nec sint, Christe, rei, quos juvat arra spei.

Orate pro nostris defunctis, Serlone, Petro, abbatibus; Walterio priore; Bernardo, Mathia, Johanne, et cæteris omnibus.

84. Titulus sanctæ Mariæ de Teokesberia.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris.

85. Titulus sanctæ Mariæ Eoveshamnensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis.

Abbas Vitalis doctrina spiritualis,
Multos instruxit, plures de morte reduxit;
Vita fuit dignissima, sic est mors pretiosa;
Sit diadema laborum cum sanctis speciosa. Amen.

86. Titulus sanctæ Mariæ de Persora.

Abbas Vitalis verbis factisque beatis,
Multos ad summi premisit gaudia cœli,
Quos tandem sequitur, cum sanctis luce potitur,

Orate pro nostris defuntis, scilicet Eadmundo, Turstino, Hugone, abbatibus; Odone comite, Sewardo priore, Ordgaro, Leowio, Osberno, Willelmo, Benigno, Ricardo, et pro aliis omnibus quorum anime requiescunt in pace. Amen.

87. Titulus sanctæ Mariæ Wigornensis ecclesiæ.

Anima ejus et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro domno Vulstano et Samsone, episcopis; pro domno Thoma priore, pro Florentio et Henrico, Agelrico, Mauro, Symeone, monachis, et omnibus aliis.

88. Titulus sancte Trinitatis et sanctæ Marie Covantrensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Leovrico comite, Godiva comitissa, Leofwino, Rodberto, episcopis, Bruningo priore, Goduino, Patricio, Thoma, monachis, et pro aliis nostris defunctis.

89. Titulus sanctæ Mariæ Bertoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis, Nigello abbate, Edrico priore, Clemente monacho, et pro aliis omnibus.

90. Titulus sanctæ Mariæ Thotesberiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

91. Canonici Bredonie concedunt anime Vitalis animabusque omnium fidelium loci illius beneficium, et unusquisque eorum unum trentale. Orate pro piissimo patre nostro Radulfo, et pro fratribus nostris, scilicet domno Ricardo, Headmundo, Unfrido, Herewardo, et pro aliis omnibus defunctis.

92. Titulus sancte Mariæ Blidæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Rogerio, Radulfo, Nicholao, Radulfo, Benigno, Ansberto, Willelmo, Gisleberto, Fulcone, monachis, et cæteris.

93. Titulus sanctæ Mariæ Eboracensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

94. Titulus sancti Petri Eboracensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Aldredo, Thoma, Girardo, Thoma.

95. Titulus sancti Germani Salebiensis æcclesiæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum

requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Benedicto abbate, et ceteris.

96. Titulus sancti Benedicti Ramesiensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

97. Titulus sanctæ Trinitatis Norwicensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro domno Herberto episcopo, patrono nostro et fundatore ecclesiæ nostræ; et pro defunctis fratribus nostræ congregationis.

98. Titulus sancti Benedicti Holmensis ecclesiæ.

Anima domni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis fratribus.

99. Titulus sancte Marie et sanctæ Æthelburgæ Berkingensis æcclesiæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris Ælfgyva abbatissa, Lucia priorissa, Petronella priorissa, Scolastica, Perpetua, Mathilda, Athelidi, Mabilia, Emma, monialibus, et pro omnibus aliis nostris defunctis.

100. Titulus sancti Petri Westmonasterii.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Offa, Ædgaro, Ædwardo, regibus; Matilda regina; Vitali, Gisleberto Crispin, abbatibus; Riculfo, Turstino, Turkillo, Ægelwardo, Mauritio, Willelmo, monachis, et pro omnibus aliis. Concedimus sibi plenam fraterni-

tatem et societatem æcclesiæ nostræ, sicut concessimus illi cum fratribus qui secum ad nos venerant. Hæc igitur renovantes, obnixe vos petimus ut eadem nobis concedatis quatinus in supernæ civitatis arce mereamur ab invicem in lætitia sempiterna videri. Amen.

101. Titulus sancte Mariæ Abbendoniæ.

Anima Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Vita brevis casusque levis, nec spes remeandi :
Quanta seres, hinc tanta feres. Sit cura parandi.
Plura seras, ut plura feras ; ne non seruisse
Peniteat, cum nil valeat tibi penituisse.
Qui revocas quod in arce locas, Petre, jure potenti,
Huic aperi valvas. Superi plaudant venienti.

Item alterius.

Justus letatur cum carne sua spoliatur.
Ordine nanque Dei moriens oritur requiei :
Sic hic Vitalis pastor, vita specialis,
Hinc nece subtractus requiescit, gaudia nactus.

102. Titulus sanctæ Trinitatis et sanctæ Mariæ Egneshamniæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Non condemnatur cujus bona vita probatur.
Immo salvatur cujus pia vita probatur,
Abbas Vitalis vir vitæ spiritualis.
Hic sancte vixit, nunc cum Domino requiescit.

Orate pro nostris, Columbano abbate, Toma priore, Fulcone, Martino, Willelmo, monachis; Rogerio laico, Æthelmaro laico, Willelmo, et aliis quorum scit Deus nomina.

103. Titulus sanctæ Trinitatis et sanctæ Fridesvidæ Oxinefordensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. Amen. Concedimus ei fraternitatem et beneficium loci nostri.

Cui deservisti, Vitalis, eum meruisti,
Regi mortali non, immo perpetuali,
Qui pro plebe sua, que captivata manebat,
Quam cupidus serpens ad Tartara dira trahebat,
Quatinus eriperet quos carcer noctis habebat,
Lapsus de celo, veniens in ventre puellæ,
Figitur in ligno sine culpa, non sine velle.
Hic te Luciferi dignetur reddere sellæ.

104. Titulus sancti Andreæ Rofensis æcclesiæ

Anima domni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

105. Titulus æcclesiæ Christi Cantuariæ.

Vitam æternam tribuat ei et nobis omnibus Christus filius Dei. Amen.

106. Titulus sancti Petri et sancti Augustini Anglorum apostoli.

Anima domni abbatis Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

107. Titulus sancti Pancratii martyris.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

108. Titulus sancti Sulpicii Bituricensis Navensis monasterii.

Odone, Evraudo, Eudo, Tevino, abbatibus; Joberto Petro, Arnulfo, Petro, Constancio, Adelardo, Bernardo, Girardo, Gaufrido, monachis. Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

109. Titulus sancti Petri Virsionensis cenobii.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oramus pro vestris, orate pro nostris, scilicet pro Berengario, Hunbaldo, abbatibus; Rainaldo, Richardo, Josberto, Rotdulfo, Richardo, Girardo, Ivo, Goffredo, Rotberto, Rainmundo, Gosleno, Rotgerio, monachis; Fulchaudo, et aliis omnibus nostre congregationis fratribus.

110. Titulus sancti Martini Masciacensis cenobii.

Hic nobis rotulus si verum testificatur,
Omnis sanctorum letetur turba virorum;
Oramusque Deum requiescat in arce polorum
. . . . . .tibus ipsis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oramus pro vestris, orate pro nostris, pro Sulpicio, Fulco, abbatibus; Zacaria, Constancius, Gimo, Odo, Garnerius, Petrus, Ugo, Girardo, Durando, Acardus, Huncbertus, Josbertus, monachi, et aliis omnibus nostre congregationis fratribus.

111. Titulus sancti Salvatoris mundi sanctique Gildasii Dolis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris defunctis, scilicet pro domno Durando, Mascelino, abbatibus; Audeberto,

Bernardo, Rannulfo, Andrea, monachis, et pro aliis fratribus quorum nomina scit Deus.

112. Titulus sancte Trinitatis Belli Loci.

Abbas Vitalis vir vite spiritualis
Fratres servabat presumentesque domabat.
Ante Dei faciem, possideat requiem.

Orate pro nostris, pro domno Stephano, pro domno Bertranno, abbatibus; Andrea monacho, Bernardo, Odo, Guillelmo, Hugolino, Letardo, Rotberto, Rainaldo, et pro omnibus aliis fratribus, sororibus, parentibus, amicis, benefactoribus, tam vivis quam defunctis, quorum nomina Deus scit.

113. Titulus beati Martini Majoris Monasterii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro defunctis vestris, orate pro nostris, Alberto, Bartholomeo, Bernardo, Hilgodo abbatibus; Ariprando, Ansegiso, Petro, Oliverio, Andrea, Petro, monachis, et pro aliis omnibus.

114. Titulus sanctæ Marie Pontilevilensis cenobii.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis, sicut pro vestris oravimus. Orate pro Ansberto, Guidone, Petro, Drochone, abbatibus nostris, et pro Gaufredo, Radulfo, Garino, Girardo, monachis nostris.

115. Titulus sanctæ Mariæ Corneliacensis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, et vos orate pro nostris, Andrea abbate, Viventio priore, pro omnibus aliis.

116. Titulus sancte Marie Hospitalitatis.

Sanctimoniales unum psalterium et unaqueque septem psalmos. Anima famuli tui Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris et vos orate pro nostris.

117. Titulus sancti Aniani Aurelianensis ecclesie.

Dum vixit, vita vixit Vitalis honesta;
Nunc possit vita vivere perpetua;
Non facit hæc vita vitalem sed moribundum,
Vitalem faciat vita perennis eum.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace.

Item.

Possideat vitam Vitalis, vitis amator.
Per vitem, vitam, cæli vivens habitator.
Vitis amator erat, quia Christum vivus amavit,
Qui se vite, suos in palmite, significavit.
Vitis amans iterum, cui vinea culta frequenter,
Et reddet fructus et reddidit ante decenter.
Ad vitam vero non ducit terrea vitis,
Cujus vos usi monachi moderamine sitis.
Ergo qui mente conscendit ad ethera sola
Vivat Vitalis, qui fuit agricola.

118. Titulus sancte Mariæ et sancti Petri Nielfæ.

Anima ejus et omnium fidelium requiescant in pace. Orate pro nostris defunctis, scilicet Galterio, Roscelino, abbatibus; Bernerio, Engelberto, Fulchone, Symone, Odone, monachis, et pro aliis omnibus.

119. Titulus sancti Florentii Salmurensis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum re-

quiescant in pace. Orate pro nostris, Frederico, Sigone, Willelmo, abbatibus; Constantino monacho, Fulcherio, et pro aliis multis.

120. Titulus sancti Pauli apostoli Cormaricensis cenobii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

121. Titulus sancti Juliani martyris Turonensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, Girberto, Girardo, abbatibus; Richardo, Ingelardo, Rainaldo, Aucherio, Guillelmo, Dodone, monachis, et pro aliis omnibus.

122. Titulus sancti Launomari Blesis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris defunctis, scilicet pro domino Mauricio abbate, Bernardo, Petro, Herberto, Gauleno, Constantino, monachis; Theoderico, Petro, Odone, Stepfano, David.

123. Titulus sanctæ Trinitatis Mauriniaci de Stanpis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, orate pro nostris, scilicet Rainaldo abbate, Airardo priore, Alrico incluso, Herveo, Hugone, Hilderio, prioribus; Nicholao, Arnulfo, Hugone, Bauduino, Herberto, Gosleno, Gauterio, Landrico, Odone, Lisiardo, Ansello, fundatoris nostri, et Garsadonio, filio ejus, Gosberto, et aliis fratribus, parentibus, amicis, et benefactoribus nostris, quibus omnibus det Deus vitam æternam. Amen.

124. Titulus sancte Marie de Longuo Ponte.

Quod vestris vultis hoc, fratres, reddite nostris :

Videlicet Advino, Otardo, Andrea, Bertranno, Malgerio, Roberto, Malberto, et pro omnibus aliis, quorum nomina solus Deus scit.

125. Titulus sancte Marie Columbensis.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

126. Titulus sanctæ Dei genitricis Mariæ de Josaphath Carnotensi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro fratribus nostris defunctis, Garino, Bernardo, Eudone, et aliis quorum nomina scripta sunt in libro vite.

127. Titulus sancti Johannis Carnotensis cenobii.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate etiam vos pro fratribus nostris, Herveo, Drogone, Alberto, alio Alberto, et ceteris omnibus, ut et ipsi vita perfruantur eterna. Albinus unum psalterium. Quidam sacerdos tres missas. Garnerius quinquaginta psalmos; Hernulfus quindecim; Rualendus septem.

128. Titulus sancti Martini de Valle.

Cujus erat servus, succurre, Maria, Vitali.
Ut scio, fecisti; dubitem de funere tali :
Mortuus est, vivat. Bene vixit; pace quiescat. Amen.

Non timuit mortem, quem mors superavit ad horam.
Non moriturus obit, quem mors timet et sibi cessit.
Nocte chorus media cantando levavit ad astra.

Sit semper Christi requies eterna Vitali.
Hic meruit summos in vita scandere celos.

Hugo VII psalmos dat. Radulfus VII. Moises VII. Raginaudus L. Renerius VII. Robertus VII. Willelmus L. Robertus LX. Ernaudus LX. Robertus XXX. Hulduinus VII. Erbertus VII. Sancio XX. Gaufridus LX. Mauricius I psalterium. Willelmus VII. Lambertus L. Ansoldus C. Radulfus C. Fulcherius VII. Rogerius VII. Osmundus L. Willelmus XV. Willelmus L. Erbertus XV. Andreas XV. Hugo I missam. Renerius I psalterium.

129. Titulus sancti Salvatoris Tyronensis cenobii.

Anima domni Vitalis bonæ memoriæ viri et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro abbatibus nostris, Bernardo scilicet et Radulfo, et pro fratribus nostris omnibus.

130. Titulus sanctorum martyrum Johannis et Pauli obedientiæ de Tyron.

Anima piissimi abbatis Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

131. Titulus sanctæ Trinitatis Vindocinensis monasterii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

132. Titulus sancti Petri Burgulii.

Anima Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

133. Titulus sancte Marie Fonti Evaridi.

Scimus, fratres karissimi, quia doletis de piissimum

patrem quem amisistis in hac luce; sed credimus quod regnat in eterna beatitudine. Nos tamen sumus sociate vestre dolori, quia erat nobis pius atque dilectus, et juxta Johannis vocem, Deus karitas est; propter hoc inpendimus ei modicum beneficium de caritati dulcedine, hec sunt ccc psalteria et totidem vigilias.

Orate pro piissimo patre nostro Roberto, et pro Hersende, karissima matre nostra; pro domno Petro, Pictavensis episcopo, et pro Leodegario archiepiscopo, et pro Rainerio capicerio, Geraudo de Bria sacerdote, Hylario sacerdote, Geraudo de Tucio, laico, Karadoco fratre nostro, Teburge, Teburge, Briccia, Ermengardis, monialibus; Agnes, Raimburgis, Ermengardis, et Agnes sacrata Deo, et pro aliis omnibus fratribus et sororibus nostris.

134. Titulus beati Martini Andecavis.

Canicies, persona gravis, facundia sancta,
Moribus eximiis addiderant cumulum;
Culcitra, stramen erat; vinum, fons; herba, legumen;
Pisces, lac et mel; panis, avena rudis;
Sal, condimentum; tenuis sopor atque modestus;
Pes sibi vector erat sepius, aut asinus;
Nec tamen inde minus fuit aptus rebus agendis,
E contra quam si copia multa foret.
Cum sic portasset estus pondusque diei,
Pro vita vitam vita det emeritam.

135. Titulus sancti Franbaldi abbatis.

Anima piissimi Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Septem ei plena officia faciemus. Orate pro nobis.

136. Titulus sancti Juliani de Prato.

Anima donni Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, oramus pro vestris ; Agnes abbatissa, Ermengardis, Ermelina, Misilindis, Richildis, Ermentrudis, Claricia, Hodierna.

137. Titulus cenobii sancti Martini Sagii.

Anima domni Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris; oramus pro vestris, et pro omnibus quorum nomina Deus scit.

138. Titulus sancte Mariæ Almaniscarum.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Adelaide, Helvisa, abbatissis; Rogerio comite, Mabilia comitissa, Ernulfo, Philippo, Mabilia, filiis eorum; Eremburge, Remburge, Emma, Emma, Hathvisa, Hathvisa, Beatrice, monachis, et ceteris omnibus.

139. Titulus cenobii sancti Ebrulfi.

Anima donni Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oramus pro vestris, orate pro nostris, Willelmo, Gisleberto, Odone, David, Turstino, Willelmo, Ascelino, Frotmundo, Walterio, Gisleberto, Radulfo, et ceteris omnibus.

140. Titulus sancte Marie Ebroicensis.

Anima donni Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris et nos pro vestris.

141. Titulus sancti Petri apostoli Cerneliensis æclesiæ.

Anima domni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

142. Titulus sanctæ Dei genitricis Mariæ Scirburnensis ecclesiæ.

Anima venerandi patris Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Christi requiescant in pace. Amen. Hoc idem persolvite nostris, Gregorio, Leofrico, Wlfrico, Segaro, Edwino priori, Heremanno monacho, Tobiæ, Thoma, Aldredo, Alfgeto.

143. Titulus sancti Petri Resbiacensis ecclesie.

Æde tua sumptum, carnis de corpore pulsum,
Sume, Deus, patrem, quem kartula protulit, istum,
Assistens cœlis, terris huc usque fidelis.

144. Titulus patris Benedicti Floriacensis cenobii.

Vita manens, pax, lux, Vitalis, vivificans dux,
Te locet in cœlis; separet a tenebris.
Si bene, si juste vixisti, si moderate,
Nunc tibi sint vite premia perpetuæ;
Teque suo visu saciet, sine quo saciari
Nemo potest plene, nec quid habere boni.

Orate pro nostris, Quidone, Petro, Injorranno, Dierio, Huberto, Bernardo, Dalmacio, Petro, Rodulfo, Ildino, Raimundo, Framberto, Willelmo, et aliis abbatibus et monachis; Gualterio, Artaldo, Guillelmo, abbatibus; Gaufredo, Rodulfo; Verano, Simone, abbatibus; Gualone, Guillelmo, Leterico, Rotradis femina, Petro, Moyse.

145. Titulus sancte Marie Hinchelaiensis.

Anima Vitalis abbatis et anime omnium fidelium defunctorum, in Christi nomine, requiescant in pace. Orate pro nostris, pro Radulfo, pro Willelmo, pro Ema, et pro Gilleberto, et pro Merevinno presbitero.

146. Titulus sancti Martini de Bello.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum animæ requiescant semper cum Christo in pace. Amen.

Transit, ut umbra, decora malignaque gloria mundi.
Ut quid amantur, cum perdantur, gaudia mundi?
Nullus pastorum remanet, nullusque bonorum.
Flos arens fœnum fit, carnis gloria cenum.
Transiit hac vita Vitalis sic heremita.
Dat flatum celo, dans carnem pulveris imo.

Orate pro abbatibus nostris et cæteris fratribus nostris.

147. Titulus æcclesiæ sanctæ Trinitatis de Notyngham.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Hugone, Lamberto, prioribus; Walterio, Wlrico, Radulfo, Willelmo, Roberto, Walterio, monachis, et pro ceteris.

148. Titulus sancti Sergii Andegavis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, pro Bernardo, pro Walterio, abbatibus; pro Samaro monacho, et aliis fratribus defunctis.

149. Titulus sanctæ Mariæ Liræ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defuncto-

rum per Dei misericordiam requiescant in pace. Amen.

150. Titulus sanctæ Mariæ de Deserto.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. Amen.

151. Titulus sancti Salvatoris Ebroicensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris et nos oramus pro vestris.

152. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Melori Ambresberiensis æcclesiæ.

Anima domni Vitalis abbatis et anime omnium fidelium requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris et nos oramus pro vestris.

153. Titulus sanctæ Mariæ sanctæque Eadithæ Wiltoniensis æcclesiæ.

Gloria quid rerum, vel quid mora longa dierum
Prosunt, tam fortis cum sit conclusio mortis,
Ut sub sorte pari possit cunctis dominari?
Sed desperandum non est aut jure dolendum
De nece justorum : requies est nam Deus horum.
Unde piis lacrimis, petimus, vos parcite vestris;
Nam si sic vixit, nobis ut cartula dixit,
Vitalis, cœli fruitur modo parte sereni,
Quodque sibi nomen Vitalis contulit omen,
Hoc habet in Christo : mundo nam vixerat isto
Prudens, munificus, castus, pietatis amicus.
Ergo sibi summi concedat gratia Christi
Ut prece sanctorum consors sit factus eorum.
Que dedimus vestris eadem vos reddite nostris.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam in pace requiescant. Amen. Orate pro nostris, scilicet domna abbatissa Wiltrudis, Elvitha, Brihtiva, Godiva, Mathelda, priorissis; Susanna monacha, Ida, Beatrix, Ragenildis, Mathelda, Eaditha, Ingritha. Orate pro Rodberto comite, Mathilde, Mabilia, comitissis; Agnete. Orate pro Ernulfo capellano, Willelmo, Godrico, Odbrihto.

154. Titulus sancti Petri Mycelaniensis æcclesiæ.

Anima domni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

155. Titulus sancti Petri apostoli Bathæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Concedimus ei beneficium loci nostri. Orate pro nostris.

156. Titulus sancte Marie et sancti Aldelmi confessoris Malmesberiensis ecclesie.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Conceditur ei loci pars omnium beneficiorum, in missis, in orationibus, in elemosinis, ut quandiu duraverit inibi Dei servitium, duret animæ ejus memoriæ solatium. Orate pro nostris Ædelstano rege, Warino et Godefrido, abbatibus; Watselino et Radulfo, prioribus; Ricardo et Stephano, monachis; Gerardo et Bernardo, fratribus; Elevisia, Mathilidi, sororibus; Walterrio et Ricardo, monachis, et pro ceteris fidelibus, Siredo et aliis.

157. Sancti Egidii.

Te Deum laudamus Sancte Vitalis, ora pro nobis. Fidelium anime requiescant in pace.

158. Titulus sanctæ Mariæ de Belverio.

Anima domni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

159. Titulus sanctæ Mariæ de Wimundeham.

Concedimus ei beneficium loci nostri et x missas. Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

160. Titulus sancti Johannis æwangelistæ de Pontefracto.

Anima ejus et omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris.

161. Titulus sancti Oswaldi regis et martyris juxta Pontemfractum.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Concedimus huic patri beneficium loci nostri. Orate pro nostris.

162. Titulus sancte Marie Bretlintonensis.

Concedimus huic patri beneficium commune loci nostri. Orate pro nostris.

Det tibi se Deus omnibus omnia sufficienter;
Nescio quid majus deprecer aut melius.

163. Titulus sancte Trinitatis Eboracensis.

Anima donni Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate

pro nostris fratribus sicut oramus pro vestris. Orate pro donno Martino, Radulfo Paganello, David, Tristanno (?), alio Radulfo, Salomone, monachis nostris.

164. Titulus sancti Leonardi de Briesetta.

Anima beati Vitalis abbatis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Concedimus huic abbati beneficium nostri loci. Orate pro nobis.

165. Titulus sancte Marie Lincoliensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

166. Titulus sancti Oswaldi regis et martyris in Bardanai.

Miles duxque gregis gemine per pascua legis,
Ex atrii cura te per certamina plura,
Continet aula Dei refovetque sinus requiei;
Virginei cetus tali dulcedine letus
Visibus atque choris nunc delectare canoris.
Grex confessorum candens ut flos liliorum
Te gaudet jungi sibi, te quoque nomine fungi
Vite, Vitalis, quia vite perpetualis;
Et rosee gentis exercitus igne calentis
Omnia magnorum tibi monstrat honora laborum;
Ordo senatorum te curia discipulorum,
Atque Deo plenus te convocat ordo novenus.
Ut prius ignota bona sumas ad tua vota,
Clamans : En vivam deglutio namque salviam,
Qua novus est sospes et vivax celicus hospes!
En tot fulte bonis memor esto conditionis
Prime, nec celi Dominum pro gente fideli
Cesses orare, contagia nostra lavare,
Moribus ornare, nos inde beatificare.

At si forte doles quod traxit carnea moles.
Concito solvaris, summaque quiete fruaris.
Huic ad solamen consonet omnis : Amen.

167. Titulus sancte Marie Auxelioduni cœnobii.

Anima abbatis Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oramus pro vestris et vos orate pro nostris, pro Iterio, Litterio, Giraudo, abbatibus; Josberto, Unbaudo, Rannulfo, monachis, et pro omnibus aliis.

168. Titulus sancte Marie Dolensis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

169. Titulus sancti Mauritii Andecavensis.

In Domini templo nixus conamine magno
Vivens Vitalis, sancta columna fuit;
Non possum fari, nec digne premeditari
In quantum sanctæ profuit æcclesiæ.
Doctor erat patrum sanctorum, gloria fratrum;
Christus ob hoc sanctam donet ei requiem.

170. Titulus sancti Albini episcopi Andecavensis.

Anima hujus patris et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro omnibus nostris patribus et fratribus defunctis.

171. Titulus sancti Nicholai Andecavis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Achardo cantore, Ebrardo, Johanne, Willelmo, et pro omnibus fratribus, sororibus et parentibus, atque benefactoribus nostris, qui ex hoc seculo transierunt.

172. Titulus sancte Marie Kritatis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Huic sanctissimo patri concedimus martirologium nostrum et omnes orationes, sicut uni ex nobis. Orate pro sororibus nostris, Leszelina, Agnete, Hildeberge, Hildegarde, et omnibus aliis.

173. Titulus sancte Marie Discooperte Andegavorum de suburbio.

Versus Hugonis Abrincarum[1].

Abas Vitalis vita discessit ab ista,
Et de terrenis transiit ad superos;
Ingressum patrie carnis resolutio pandit,
Et reserat vite gaudia mortis iter;
Nec dubios nos esse sinit quem novimus, a quo
Pendebat tante relligionis apex.
Non hunc pauperies monachum neque gloria vana,
Sed nec prelatum fecit honoris amor.
Ut sibi prodesset, monachus; prelatus, ut illos
Eveheret, quos jam verterat in monachos.
Nec prius in populum de paupertate tenenda
Disseruit, quam qui pauper et ipse foret.
Non ideo quod non dives fuerit, sed ad horam
Pro sempiternis preteritura dedit.
Hic vestes niveas se subjectosque fideles
Induerat, casti pectoris indicium.
Non unquam caro, non oleum, non vina frequenter
Augebant mensas vel sibi vel monachis.
Nature satis esse videns quod vivere posset;
Vilibus indutus, sepius exuriit.

1. C'est sans fondement que ces vers ont été attribués à « Hugues, comte d'Avranches, » par M. Desroches, *Mém. de la Soc. des Antiq. de Norm.*, 2e série, X, 253.

Nec soli sibi se natum sed ad utilitatem
Communem cunctis lux specialis erat.
Totus in hoc ut per divini semina verbi
Errantes animas verteret in melius.
Virga manum, mentem pietas, sapientia pectus,
Ornabant vultum gracia, verba nitor.
Omnibus acceptus, omnes capiebat amore
Et cum quoque statum moris habens proprii.
Nec minus exemplo populum quam voce docebat,
Et duplex monitum consona vox operi.
Mens docilis, doctrina frequens, et gratia verbi,
Cordis simplicitas, et facies hilaris.
Consilium grave, sana fides, reverentia morum,
Affatus dulcis, integra relligio.
Invidiam procul hac a persona relegabant,
Et dederant faciles ad sua vota viros.
Non sibi difficiles effectus inveniebat,
In solidam pacem restituens odia.
Nec mirum cui pax inerat, si pacis amator
Discordes poterat conciliare sibi.
O quante virtutis homo! Quam grata loquendi
Gracia! Quam dulcis vox et amoris habens!
Non labor aut pigrum tristemve coegit egestas
Ad circonstantes dissimulare loqui.
Non indignantem pauper, timidumve potestas
Invenit supplex huic, aliique minax.
O quanti meriti pastor qui solus in omnes
Exemplum sacre relligionis erat!
Et puto pro culpa populi quod judicis ira
In terris illum noluit esse diu.

174. Titulus sancti Petri Culturæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oramus pro vestris. Orate pro nostris, pro domno Johele, Odone, Hugone, abbatibus, et pro aliis fratribus nostræ ecclesiæ.

175. Titulus sancti Petri de Curia.

Hujus Vitalis animam rex spiritualis
Collocet in leta paradisi sede quieta;
Et virtute pia juvet illum virgo Maria.

176. Titulus sancti Petri Castellionis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris. Orate pro nostris; Gisleberto, Guillelmo, Theotardo, Gunduino, Rotberto, Lescelino, et pro omnibus aliis quorum nomina Deus scit.

177. Titulus sancti Taurini episcopi Ebroice civitatis.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris. Orate pro nostris, pro Fulcheranno, pro Restaldo, Fromundo, Tovone, Radulfo, Guillelmo, abbatibus; Hernaldo, Hunfrido, Guillelmo, prioribus; Richardo, Rogerio, Nicholao, Guillelmo, Arnulfo, Rotberto, Thoma, Rotberto, Ilgerio, monachis, et pro aliis omnibus quorum nomina Deus scit.

178. Titulus sancte Crucis sanctique Leudfredi abbatis eximii confessoris.

Anima abbatis Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris, et vos orate pro nostris, Alberico, Odilone, Ricardo, abbatibus; Hugone priore; Gisleberto, Gualterio, Teoderico, Ricoardo, Mainerio, sacerdotibus; Tescelino, Richardo, c[lericis], et omnibus aliis quorum nomina Deus scit.

179. Titulus sanctæ Trinitatis, Bellomontissis æcclesiæ.

Anima domni Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, et nos pro vestris.

180. Titulus sancti Severi confessoris Christi.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris, Ascelino, Arnulfo, abbatibus; Widone priore, Hodone monacho, Roberto c[lerico], Helduino, Roberto, Milone, Ambrosio; pro sororibus nostris, Adda, Amelina, Albereda, et pro aliis familia[ri]bus nostris; Ricardo, Hugone, comitibus; Ricardo vicecomite. Vitalis.

181. Titulus sancte Marie Lonleiensis cœnobii.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

182. Titulus sancti Petri et sancti Swithuni Wintoniensis æcclesiæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oramus pro vestris; orate pro nostris, Kynegilso, Adwlfo, Eduardo, regibus; Ymma regina; Alwino, Walchelino, episcopis; Symeone abbate, Godefrido priore, Ricardo abbate, Ricardo, Hardingo, Lywingo, Ordmaro, Gozelino, Almaro, Alvrico, Felice, Bernardo, Alvredo, Rogerio, Kipingo, Alwino, et aliis omnibus. Orate et pro speciali fundatore æcclesiæ nostræ domno Frangswalone et domno Kileberto Ricardi filio, avunculo ejus, et Roberto de Humœts, et Ricardo.

183. Titulus sancti Petri et sancti Grimbaldi Wintoniensis æcclesiæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oramus pro vestris; orate pro nostris, Swartlingo, Alfnotho, Wlfwardo, Agelwio, Alfwino, sacerdotibus; Hugone converso, Haymone, Eilavo, sacerdotibus; Henrico diacono, Benedicto cantore sacerdote, Gotselino, Hugone, Wlfwardo, sacerdotibus; Ysaac converso, Stephano acolita, Alfwino converso, Willelmo, Godwino, Arnulfo, sacerdotibus, et ceteris fratribus nostris.

184. Titulus sanctæ Mariæ et sanctæ Eadburgæ virginis Wintoniensis.

Sit semper Christi requies æterna Vitali.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Oravimus pro vestris ; orate pro nostris, pro abbatissa Beatrice; Mathilda, Emma priorissis; Orengia, Edita, cantrice; Alb., Godesteva, Cecilia, Ascelina, et ceteris aliis sororibus.

185. Titulus sanctæ Mariæ Rumesiensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Petronilla, Cecilia, priorissis; Godiva, Gisla, Leoviva, Beatrice, Gilburge, monialibus, nuper defunctis, et cæteris omnibus.

186. Titulus sancte Marie Salesberiensis ecclesie.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Abas Vitalis monacorum gloria vixit;
Dum vixit, fecit que fecit semper honeste.

Sermo Dei vacuus nunquam fuit ejus in ore.
Quod docuit gentes in se prius istud agebat;
Illicitos actus prohibens nunquam faciebat.
Ergo Dei pietas et gratia det sibi vitam
Eternam, multis quam promittebat habendam.

Pueriles versus.

O flos Vitalis, monacorum gloria, mortem
Nocte dieque tuam lugent monachique parentes;
Nam pietas tecum fuit et concordia, pax; lis
Non aderat; Cristum semper Vitalis amabat,
Et dum vivus eras Christo servire studebas.

Abas Vitalis, tibi sit laus vita perhennis,
Nam dum vixisti vestes escamque dedisti.
Pauperibus justis largus blandusque fuisti;
Sprevisti terras et Cristum semper amasti.
Ergo perpetuum tibi det Christus paradisum.

Cum mors equali mortalia conditione
Subruat, et morti nil superesse queat;
Sic agat omnis homo ne post mortem moriatur.
Ne sit pena duplex, sic agat omnis homo.

Abas Vitalis, fons, exemplum pietatis,
In Christo vivens, non obiturus, obit.
Nunc quia nature persolvit debita, Christus
Sit sibi lumen, honor, gloria, vita, salus.

187. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Eadguardi Scephtoniensis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris, Eulalia abbatissa; Agnete priore, Albereda priore, et ceteris sororibus defunctis.

188. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Sansonis Midel-tonensis ecclesie.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen Orate pro nostris.

189. Titulus sancti Petri de Monte Acuto.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

190. Titulus sanctæ Mariæ Glastoniæ.

Anima Vitalis abbatis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Orate pro nostris benefactoribus et benefactricibus, regibus, comitibus, episcopis, abbatibus et monachis, et cunctis quorum nomina sint in libro vitæ. Amen.

191. Titulus sancti Petri, apostolorum principis, et sanctæ Ætheldrethæ virginis Elyensis æcclesiæ.

Anima piissimi Vitalis abbatis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Concedimus huic patri beneficium loci nostri. Orate pro nostris defunctis, Ædgaro rege, Lefsino, Teodwino, Ricardo, abbatibus; Sictrico preposito, Turstino preposito, Guthmundo secretario, Roberto monacho, Ælfwardo secretario, Ælwino, Godpino de Wintonia, Wimero, Ribaldo, monachis, et pro omnibus aliis fratribus, sororibus, parentibus, amicis, benefactoribus, tam vivis quam defunctis, quorum nomina Deus scit. II° nonas julii obiit Walterus, monachus professus et sacerdos sancti Petri apostoli Elyensis æcclesiæ.

192. Titulus sanctæ Mariæ Spallingensis æcclesiæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

193. Titulus sancti Bartholomei et sancti Guthlaci Crolandie.

In omnibus beneficiis nostris domnum Vitalem gloriosum et sanctum abbatem collegimus, si tamen nobis indiget peccatoribus, quia tot et tanta bona de eo audimus quod ipse nos juvare melius potest quam nos eum. Sed quia rotuli epistola nos aliosque peccatores exorat ut pro eo quamvis sancto Deum exoremus, bonum est ut ei obediamus. Anima ejus in Christo et cum Christo semper vivat et requiescat et pro nobis peccatoribus sic Deum imploret, ut ipse Deus eum dulciter audiat. Amen.

194. Titulus sanctæ Mariæ sanctique Botulfi Thornensis æcclesiæ.

Concedimus et enixius exoramus ut hunc sanctissimum patrem, cujus ad nostri noticiam transitus pervenit, pietas superna omnium beneficiorum nostrorum consortem efficiat, nosque ejus meritis et virtutibus veniam peccaminum adipiscamus. Amen. Orate pro nostris.

195. Titulus sancti Petri de Burch.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Orate pro nostris abbatibus ac fratribus. Concessimus sibi beneficium loci.

196. Titulus sancte Trinitatis Werengefordie.

Anima ejus requiescat in pace. Amen.

197. Titulus sancti Eadmundi regis et martyris.

Anima domni Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

198. Titulus sanctæ Mariæ de Tetford.

Anima domini Vitalis et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

199. Titulus sancti Petri Æiæ.

Anima domni Vitalis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Conceditur ei eo loci pars omnium benefici[or]um in missis, in orationibus, in elemosinis, ut, quandiu duraverit inibi Dei servitium, duret anime ejus memorie solatium. Orate pro nostris, Osberno abbate, Rotberto monacho, Rotberto Malet, Alwrico, Fredeberto, Ormaro, et pro ceteris fidelibus.

200. Titulus sanctæ Trinitatis Colecestriæ.

Concedimus domno Vitali beneficium loci nostri, et petimus Christum ut donet ei partem beatæ requiei. Orate pro nostris canonicis defunctis, Sirico, Eilavo, Gwaltero, Eadwino, Suenone, et ceteris.

201. Titulus sancti Leonardi Strafordiensis ecclesie.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Concessimus sibi beneficium loci nostri. Orate pro nostris sororibus defunctis.

202. Titulus ecclesiæ Christi Lundoniæ.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Vita beatarum Deus et requies animarum
Vita Vitali det vivere perpetuali.

Concedimus animæ hujus patris vestri et omnibus vestræ fraternitatis, tam vivis quam defunctis, in omnibus beneficiis nostris et orationibus communionem, mutuum vestre devotionis humiliter deposcentes auxilium.

203. Titulus sancte Marie Suthewercensis æcclesiæ.

Hic quia doctrina viguit pius absque ruina,
Et quia perlate fulsit morum gravitate,
More preces demus. Sic isti subveniemus,
Ut, si putrescet caro, spiritus ipse quiescet.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Concedimus huic patri beneficium loci nostri. Orate pro nostris.

204. Titulus sancti Pauli Londoniensis æcclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Versus Radulfi filii Fulcredi Cadomensis.

Ista nemo cita tam sprevit inercia vita
Mundi terrena, tendens alte sua frena,
Iste velut fecit Vitalis nomine dictus.
Se non injecit morti, carnalibus ictus.
Omnia pessima sub necis infima missa meavit.
Cordis et intima traxit ad optima falsaque cavit.
Novit et ipse malum, nec ad effectum mala duxit.
Quod sciit implevit; novit et ipse malum.
Constitit immobilis contra flammas viciorum.
Hic nequiit flecti; constitit immobilis.
Nulli terrenæ fuit hujus vita secunda.
Suppositos pene plures velut ex maris unda
Erepsit plene monstrans non pretereunda.
Transiit obscenæ cum credulitate rotunda

Vitæ ferventes fluctus. Modo sede jocunda
Fit residens. Ergo data sit sibi tanta potestas,
Ut nos a tergo sumptos trahat ejus honestas.

Flos abbatum, fons bonitatum, vita potentum,
Imperium regum, sceptrum legum, sapientum
Pax et honor, spes, rex, lex, dux, lux, gloria, virtus,
Corruit, adnichilatur. Quid meruit moriatur?
Ergo mors isti succurrat passio Christi;
Huic Deus inde piæ succurrant vota Mariæ.

Filius unicus et Spiritus almus alius
Salvificet nos, purificet nos, justificet nos.

205. Titulus æcclesiæ sanctæ Mariæ Radinsis.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace.

206. Titulus ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ de Meretona.

Anima ejus et anime omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. Amen. Fraternitatem ecclesiæ nostræ ei concedimus, et intercessorem apud Deum pro nobis constituimus.

207. Titulus sanctæ Mariæ Mellingis ecclesiæ.

Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

208. Titulus sancti Nicholai Arundellensis æcclesiæ.

Ainima ejus et animæ omnium fidelium Dei defunctorum requiescant in pace. Amen. Sacerdos Dei Vitalis migravit in pace, non mortuus, sed a Deo invita-

tus ad convivium fratrum suorum, cum eis epulaturus æternaliter. Rogamus igitur eum ut intercedat pro nobis ad Dominum Deum nostrum. Orate pro nostris defunctis.

XXXIX

Encyclique sur la mort de Marbode, évêque de Rennes.

1123.

La mort de Marbode, évêque de Rennes, arrivée le 11 septembre 1123, fut annoncée par les religieux de Saint-Aubin d'Angers, auxquels le vénérable prélat avait demandé un asile pour sa vieillesse. Les moines profitèrent de la circonstance pour recommander aux prières des fidèles un de leurs frères nommé Gérard qui était mort le 4 novembre 1123. L'encyclique qu'on va lire avait été déjà publiée par D. Martène [1], D. Beaugendre [2], D. Morice[3], et en partie par D. Brial[4].

Universis unius sacrosanctæ ecclesiæ filiis, humilis congregatio beati Albini Andegavorum episcopi, plenam de hoste victoriam et de victoria coronam. Apostolica nos informat auctoritas ut pro invicem orantes alter alterius onera portemus, et sic adimplebimus legem Christi. Legem igitur Christi nos servi Christi pia sollicitudine adimplere satagentes, denunciamus vobis obitum domni Marbodi, venerabilis episcopi, semper cum laude memorandi, lingua facundi, religione præcipui, honestate præclari, litterarum eruditione do-

1. *Thes.*, I, 355.
2. *Hildeberti opera*, 1383.
3. *Preuves de l'Hist. de Bret.*, I, 549.
4. Bouquet, XIV, 224.

ctissimi, cujus sermo sale semper conditus erat, et ex ore illius omni melle dulcior semper fluebat oratio ; et quamvis eodem tempore variis studiis tota Gallia resonaret, ipse tamen, oratorum rex, Gallicanæ arcem eloquentiæ specialiter obtinebat. Tertio siquidem idus septembris, infirmatus carne, sed spiritu fortior, excedens a sæculo, vivens in Christo, sua nos viduavit præsentia, et amoris sui jaculo vulneratos intolerabili dolore confecit. Qui post longa liberalium studiorum longe lateque vernantium exercitia, quibus in Andegavensi civitate, cui famosissimus ac nominatissimus extitit magister, efficacissime claruit, electus a reverendissimo papa Urbano, in Turonensi concilio, sanctæ sedis ecclesiæ Redonensis, annuente Domino, pontifex ordinatus est. Quam ipse dignitatem, immo onus, accinctus gladio Spiritus sancti, licet inter barbaros et naturali quadam armatos feritate, per annos viginti octo fideliter prudenterque gubernans, superborum colla justitiæ censura perdomuit, arguendo, obsecrando, increpando, dissidentia pacificavit, tamdemque longævo confectus senio, plenus dierum, in sancta confessione, ut præmissum est, in Domino requievit. Ingressurus itaque viam universæ carnis, mortemque vicinam præsentiens, onere pontificali deposito, sanctissimi Benedicti habitum humilitatemque suscepit, monachumque professus beato Albino se tradidit, ac sic exoneratus, pauperem Christum pauper et ipse secutus est. Ante quidem, ut Martha, sollicitus erat et occupatus erga plurima ; nunc vero, velut altera Maria, unum esse necessarium recognoscens, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eo.

Commendamus etiam orationibus vestris transitum

domni Gerardi, fratris nostri, viri plane mirabilis, quem profecto temporibus nostris prolixum vidimus traxisse martyrium. Rebus pauper, meritis dives, parcus sibi, largus egenis, cujus honesta conversatio in cœlis erat, dum angelicam in terris vitam gerebat. Ubi enim erat thesaurus ejus, illic et animus, qui juxta apostolum semetipsum exhibuit hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; cui, jejunando, vigilando et orando jugiter assistens, oneratus ferro, vinctusque catenis, rationabile reddidit indefessus obsequium, et ut magna breviter explicemus, mirabilem vitam mirabiliter inchoavit et mirabilius consummavit, bonis meliora, melioribusque semper adjiciens optima. Obiit autem eodem anno, pridie nonas novembris, in senectute bona, virtutum floribus adornatus, cœloque spiritum reddens, terram terræ mandavit.

Ceterum, quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit inhabitatio terrena sensum multa cogitantem, et nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram, dilectissimam nobis caritatem vestram per viscera misericordiæ Dei nostri petimus et rogamus ut pro illis fundatis ad Dominum preces, et contra cuncta eis adversantia orationum vestrarum clypeos opponatis. Insuper admonemus ut vanitantium vanitates et nugarum nænias penitus recidatis, ne quod utiliter nimis institutum est notam habeat levitatis. Nos enim vota precum animabus profutura, non verborum phaleras postulamus, quæ defunctis nichil proficiunt et vivis plurimum solent obesse, cum scriptum sit de omni verbo otioso reddituros nos rationem. Latori quoque præsentium, pro amore Dei et mirandi pontificis honore, necessaria

ministrate, ne si dimiseritis vacuum, quod absit, deficiat in via. Denique præsenti rotulo titulos vestros apponite, defunctorum nomina breviter annotate, ut quod nostris salubriter petimus, vestris devotissime persolvamus. Et ne forte de rotuli procrastinatione miremini, sciatis hoc indubitanter ob expectationem pontificalis ecclesiæ contigisse ; sed quia nullus extitit eorum qui hoc faceret, maluimus nos esse quam neminem.

XL

Rouleau de Guillaume Giffard, évêque de Winchester.

1129.

Thomas Rudborne[1] a recueilli les pièces de vers que les religieux de Whitby et de Reading inscrivirent sur le rouleau de Guillaume Giffard, évêque de Winchester, mort en 1129.

XLI

Fragment du rouleau de Hervé, abbé de Redon.

Vers 1133.

Un rouleau mortuaire était en circulation dans les provinces occidentales de la Gaule pendant que la succession du pape Hono-

1. *Hist. major Winton.*, V, 3, dans Wharton, *Anglia Sacra*, I, 279-281.

rius II était disputée à Innocent II par Anaclet. Ce rouleau se rapportait à un abbé du nom de Hervé, dans lequel dom Brial[1] a cru reconnaître Hervé, abbé de Redon, mort au plus tôt en 1133[2].

Un partisan d'Anaclet, Gérard, évêque d'Angoulême, annexa au rouleau de Hervé une circulaire dans laquelle il plaidait la cause du pontife qu'il voulait faire reconnaître. Les moines de Cluni ayant lu cette circulaire la détachèrent du rouleau et l'envoyèrent à Innocent II. Indigné d'un pareil procédé, Reimbaud, chanoine de Saint-Lambert de Liége, consigna sur le rouleau une protestation contre la conduite des religieux de Cluni. Il blâma l'intolérance avec laquelle ils avaient agi, et conjura tous les fidèles de ne pas s'engager avec précipitation dans l'un ou dans l'autre des partis qui divisaient alors l'Église. L'avertissement de Reimbaud a été publié par Baronius[3] et d'après lui par dom Brial[4]. Je ne crois pas utile d'en donner une nouvelle édition.

XLII

Fragment du rouleau de Robert, abbé de Corbie.

1142.

A la fin du manuscrit latin 12016 est un morceau du rouleau de Robert, abbé de Corbie, mort en 1142. Ce fragment contient deux titres en vers, qui tous deux sont mutilés.

1. . . . . .

Quid nos in mundo tenet ? Hic homo cur laqueatur ?
Transit, nec redit, interit, effugit hic quod amatur.
Hic quid honos ? Premit una probos reprobosque ruina.

1. Bouquet, XV, 366.
2. *Gallia Christ.*, XIV, 952. — *Cartul. de Redon*, p. CCCXCIII et 428.
3. *Annales*, à l'an 1130, n. 43.
4. Bouquet, XV, 366.

Nil manet hic ; perit omne quod est, seu sole pruina.
Omnia regna potentia, fortia, mors rapit una.
Quod sumus iste fuit, erimusque quod est, moriemur.
Ergo salus Deus huic ut sit nobisque precemur,
Atque talenta data sibi tunc referat geminata,
Credita cum Dominus vehemens et in igne requiret.
Agmina cœlorum gaudent quod flent monachorum.
Fratrum virga perit, fit cinis atque redit.
In nobis juris habet hoc mors pervia muris,
Ex quo perjuris actibus, Eva, furis.
Sternit majores mors nec minus inferiores :
Sic dominos servis equat, et hos dominis.
Defunctum munda vita te sede secunda
Christus, Roberte, collocet in requie.

2. Titulus sancti Petri Loensis.

Nulla, Roberte, tibi poterit laus congrua scribi,
Nec tibi par rotulus, nec tibi par titulus.
Major eras morum festiva dote tuorum.

. . . . . .

XLIII

Encyclique sur la mort d'Odouin, abbé de Saint-Guillain.

1142.

Les auteurs du *Gallia christiana*[1] paraissent avoir vu le rouleau d'Odouin, abbé de Saint-Guillain, décédé le 17 octobre 1142. Ils se sont bornés à en publier l'encyclique, dont je leur emprunterai le texte.

Omnibus sanctæ matris ecclesiæ fidelibus, communi

1. III, Instr., 17 et 18.

quidem caritatis domicilio commorantibus, sed distincta fulgoris claritate illis lucidius radiantibus, humilis grex sanctorum Petri et Pauli, sancti quoque Gisleni Cellensis cenobii, quidquid in Christo felicius. Indignatio primæ maledictionis, heu ! suæ retrusionis excedens antra, atque obsidionis antiquæ novis nos circumveniens assultibus, mœnia pervasit nostra, spiculisque diversi generis circumquaque volantibus, vexilliferum nostrum, dominum videlicet abbatem Oduinum, cuspide communi percussum, interemit. Proh dolor ! Agonoteta noster princepsque fortissimus, ex adverso resistens, murusque pro domo Israel oppositus, non victus sed victor occubuit. Ut ergo internos mentium nostrarum vobis pandamus dolores, qualiter sic pater noster vixerit, egerit obieritque sic explicabimus. Postquam omnipotentis Dei favente misericordia electus a fratribus, præstantissimam provehi meruit ad sedem, gregem dominicum cura regens pervigili, præceptorum spiritualium opulentissimas suis propinabat dapes ; nec deerant post has epulas mentis, opes usibus aptæ humanis, quas in tantum suo ingenio auxit ampliavitque, ut alter Augustus ab augendo vocari possit et dici. His itaque tam decentissime compositis, patris Benedicti imitator verus, dum omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostenderet, sorte fragilitatis humanæ cogente, ad tempora pervenit extrema. Sed quia probandus erat velut in sufflatorio, appendendus etiam trutina æquitatis, a dysenteria non modico tempore valde cœpit urgeri. Quid plura? ter ternis ante vocationem suam diebus, accersito sacrosancti mysterii sanctificatore, cœlestis cibi poculique sumsit viaticum ; dehinc rogatus a circumstantibus

cubiculariis ut cibum sumeret, prorsus abnuit sic dicens : « Absit, filioli mei, ut cœlestibus divitiis dapes addamus perituras, cum indecens videatur atque incongruum. » Memorans illam cujusdam proclamantem sententiam : « quantum, inquiens, virescit caro, tantum animæ marcessit saginatio, atque e contrario quantum illa marcessit, tantum et ista, quod decet, pinguescit. » Ultima itaque supra scripti numeri die in penultimis constitutus, jejunio tot fatigatus dierum, prævidens sui exitus horam imminere, capellano accersito, aqua se exorcizata jubet adspergi, et quia dominicæ noctis sacratissimus volvebatur decursus, lavari sibi pedes mandati gratia præcepit. Interea mandati completoriique officio expleto, advocatis, quos jam Deo summo videlicet pastori sanctissimo commendaverat, fratribus, lecto excipitur, cineri cilicioque applicatur. Circumstantibus itaque nobis et mœrentibus, jussit, allato codice, Domini nostri coram se recitari passiones, quibus finitis, signo munitus fidei, nobisque mœrentibus, indicibile relinquens exemplum, sanctam, ut credimus, reddidit cœlo animam, XVI calendas novembris. Nos itaque sponso ablato lugentes et mœrentes, transmittere ad vos curavimus, quatenus hæc scientes non solum nostris compatiamin doloribus, verum etiam vestris orationibus obtineatis, ut ei

> Sit fidei merces, sit denique gloria perpes,
> Et prece justorum retributio vera laborum.

Gerulum autem rogamus et obsecramus ut caritative suscipiatis, cibum potumque[1] atque quæ pro tali ne-

1. « Cibo potuque. » *Gallia Christ.*

gotio ei debentur non negetis. Valete in Christo Jesu[1].

XLIV

Fragment du rouleau d'un abbé nommé Girard.

Première moitié du douzième siècle.

Baluze a copié, d'après un manuscrit de Sainte-Geneviève, un ou deux fragments d'un rouleau mortuaire, qui, selon toute vraisemblance, appartient à la première moitié du douzième siècle, et qui se rapporte à un abbé nommé Girard. Ce nom est très-commun au douzième siècle, et je n'essayerai pas de déterminer le monastère que gouverna l'abbé dont il est ici question. Je reproduis la copie de Baluze, qui se trouve dans le volume XLV de la collection de ce savant [2], et qui n'est peut-être pas aussi rigoureusement exacte que la plupart des transcriptions dues à l'illustre éditeur des Capitulaires.

1. Titulus sanctæ Mariæ Humolariensis ecclesiæ.

Abbas Girardus redolens velut optima nardus,
Dum mundo vixit, ceu nobis cartula dixit,
Extitit ecclesiæ, digne vivendo, columna.
Namque fuit simplex Velut est sine felle columba,
Necnon cunctorum pater extitit hic miserorum.
Nec tamen ista bonum bona se juvere patronum,
Quin sic occideret, quod leti jura subiret.
Ergo suppliciter verum de lumine lumen,
Excedit cujus sublimia quæque cacumen,
Fratres, oremus, ut ei requies tribuatur,
Ut quoque cœlestis fieri civis mereatur.

1. « Sequuntur quædam alia carmina quæ longum esset hic exscribere, nec adeo necessarium. » Note des Bénédictins.
2. Fol. 367.

Qui legis hæc metra vili pro carmine tetra,
Oro, pro nobis clementem posce parentem,
Necnon pro monachis, exoro, subtitulatis :

Videlicet Simone episcopo, Albrico, Bernardo, Richardo, Gerclino, Waleranno, Henrico, abbatibus; Heldrado, Goisfrido, Machario, Aldone, Richero, Rainaldo, ceterisque quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

2. Titulus sancti Nicholai de Saltu.

Orate pro nostris, donno abbate Letbaldo, etc.

3. Titulus sancti Andreæ Viennensis cenobii.

Orate pro nostris, domno abbate Dotmari.

4. . . . . :

Abbas Tainard[us] qui vixit nomine dictus,
Quem tulit a membris jam septima dena novembris,
C [erti] sunt fratres quos nequeo dicere plures.

Item scola.

O nostri fratres necnon nobisque fideles,
Jam sumus hoc cuncti vobis complere parati
Quod vos pro vestro nobis abbate Gerardo
Mandastis, regem rogitemus ut omnipotentem.
Hoc et idem vobis fratres mandamus amici
Vos et pro nostro Dominum rogitate patrono,
Qui bene dum vixit Tainart nomen sibi gessit.

5. Titulus Sancti Nicholai de Prato.

Orate pro nostris, domno abbate Manase.

6. Titulus Omnium sanctorum Cathalaunensis ecclesiæ insulæ.

Anima domni Giraldi, etc. Orate pro nostris, Rogero

episcopo, et pro Odone abbate, et pro canonicis nostris, scilicet Berengario, Johanne, Hugone.

7. Titulus sancti Amandi[1]. . . . . .

Mors pia, vita bonis, requies, pax ne..... doloris.
Cultor amat messem quam salvat ad [horrea], ad ædem;
Spargit ad hoc, fructum capiat ceu tempore dignum.
Non dolor in patria, regis bene messe recepta.
Finis habet meritum pie ducit ad astra peritum,
Quam bene fert cursum capiet qui præmia sursum,
Quo pastor maneat, quem fratrum verna me[ni]strat.
Quod quærunt faciant tibi nobis more fideli.

Orate pro nostris abbatibus atque monachis, Wicrado abbate, Richerio abbate, Poncio abbate, Artmando abbate, Giraldo abbate[2], Petro monacho, atque Arnaldo monacho, et pro omnibus fratribus nostris, scilicet Poncio monacho, atque Petro.

8. Titulus sanctæ Mariæ et sancti Pontii Tomeriensis cœnobii.

Annue nobis, Domine, ut anima famuli tui Guirardi, etc.

9. Titulus sancti Salvatoris.

Oravimus pro vestris, orate pro nostris, Stephano abbate, Odolrico abbate, Poncio episcopo.

10. Titulus sancti Petri Mauriacensis.

1. Dans le texte original, ce mot était suivi de lettres dont Baluze n'a point compris la signification, et qu'il a figurées de la manière suivante : « VII. V. Jaheu Eodi. »

2. Les noms de la plupart de ces abbés se retrouvent sur le catalogue des abbés d'Ainay. Je n'ose pas cependant attribuer ce titre au monastère d'Ainay.

Fratres cur fletis vel cur transire doletis,
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . moriens vivat et requiem subeat.
Nam moriens vivit si spiritus est. . . . .
Et dignus dignum invenit exitium.
Non fuit hic tardus Christo famulando Girardus,
Ascitus rectis fructibus ac opere.
Quod petitis vestris, nostris concedite cunctis;
Nomina enim eorum qui continet astra polorum.

Bernardi, Rogardi, Petri, decanorum, Ademari, Rigardi, Rigardi, Laurentii et Deitrandi, et aliorum monachorum.

XLV

Encyclique sur la mort de Hervé, moine de Bourgdieu.

Vers 1150

La mort de Hervé, moine de Bourgdieu, paraît devoir se placer vers l'année 1150. Elle fut annoncée par une circulaire, dans laquelle sont rappelés les nombreux ouvrages qui ont valu à Hervé une place honorable parmi les auteurs du douzième siècle. Cette circulaire a été publiée par d'Achery[1], par Pez[2] et par les continuateurs de Mabillon[3]. Je la donne sans pouvoir cependant affirmer qu'elle ait jamais fait partie d'un rouleau mortuaire.

Cum propheta dicit : « Dominus virtutem operum suorum annunciabit populo suo, » si ipse non pro sua

1. *Spicil.*, in-f°, III, 461.
2. *Anecd.*, III, part. I.
3. *Annales*, VI, 719.

sed pro auditorum salute proprias enarrat laudes, quomodo nos, quorum tota salus in laudibus ejus est, tacere audebimus magnalia ipsius, quæ nostris temporibus ostendere nobis dignatus est? Noverit itaque quisquis hæc auditurus est vel lecturus nos nequaquam vanis vel falsis laudibus velle mortuos extollere, sed ad laudem et gloriam Christi, salutemque audientium, pro amore veritatis, de veritatis ipsius amatore veraci stilo pauca describere.

Fuit igitur vir tam vita quam doctrina venerabilis, Herveus nomine, Dolensis cœnobii monachus, degens ibi circiter quinquaginta annis in prædicanda morum probitate, patriæ autem Cenomannensis indigena, multa apud nos suæ fidei et sapientiæ necnon et innocentiæ monimenta relinquens. Jam namque juvenis et a puero scholarum dogmatibus multipliciter imbutus, cum prædictum monasterium ingressus fuisset, totum se studio sanctarum scripturarum dedit, atque catholicos tractatores, Augustinum videlicet, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium ac reliquos frequentare cœpit, jugiterque diebus ac noctibus eorum lectioni incumbere, meditationi inservire non destitit, nec quolibet impedimento ab inquisitione veritatis avelli potuit, cumque singularis ingenii atque inæstimabilis memoriæ esset, cœpit in vasculo cordis sui multa profutura recondere, et columbæ more meliora grana eligere, sibique memoriter retinere scriptoque commendare. Fecit ergo primum expositionem mirabilem super librum beati Dyonisii de hierarchiis angelorum. Deinde exposuit totum librum Isaiæ prophetæ, et Lamentationes Jeremiæ, extremamque partem Ezechielis, ibi incipiens ubi sanctus Gregorius papa dimiserat, et ad

finem usque perducens; simul etiam Deuteronomium Moysi, et Ecclesiasten Salomonis, necnon quoque librum Judicum, et libellum Ruth, librumque Thobiæ, omnia quæ in illis minus intelligentibus solam litteram sonare videntur, inconvincibili ratione ostendens Christi et ecclesiæ contestari et prædicare mysteria. Præterea apostoli Pauli epistolas cum tanta sapientiæ affluentia exposuit, ut qui eas legerunt asserant nunquam se illis comparabiles cognovisse, et vix aut nunquam tanta expositas diligentia posse alicubi reperire. Ad ultimum, cum fama doctrinæ ejus circumquaque spargeretur, et jam nullus ei, sicut attestantur qui eum veraciter cognoverunt, canonicarum scripturarum scientia primus haberetur, librum duodecim prophetarum, et librum Genesis ex integro, tam mirabili sensu exposuit, ut expositionem super illo necdum potuerimus invenire quæ suæ æquiparari possit. Inter hæc quippe fecit plurimas expositiones de lectionibus sanctorum evangeliorum, canticorum etiam quæ in ecclesia leguntur; libellum quoque de connexione quarumdam lectionum, ostendens aliter in quibusdam ecclesiis legi quam in sacra historia continentur, de quibus unum quod subditur exemplum sufficiat. Legitur in quadragesima lectio quædam de libro Esther, et ita in quibusdam lectionariis incipit lectio libri Esther: « Oravit Esther ad Dominum dicens: Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita. » Quam orationem ipse illic ex auctore sacræ historiæ probat non fecisse Esther, sed fecisse Mardochæum, et ideo non esse legendum *Oravit Esther*, sed legendum esse *Oravit Mardochæus*. Et multa similia ibidem asserit. Librum etiam non mi-

nimum fecit de miraculis sanctæ Mariæ Dei genitricis, quæ eadem inviolata virgo temporibus ejus gessit in Dolensi templo, quæ ipse mox postquam gesta erant, sicut audiebat ab ipsis in quibus fiebant et a monacho custode monasterii, sine aliqua dilatione scribebat. Demum quamvis propinquum finis sui terminum, paulatim vigore deficiente, sensisset, tamen sine consueto scribendi opere esse non poterat, et rogatus a nonnullis, ut qui omnes scripturas super cunctos memoriter retinebat, de cœna sancti Cypriani Cæcilii, Carthaginensis episcopi, fere de omnibus libris canonicis aggregata, quæ quid intimaret eatenus apud nos incognitum erat, edoceret ipse quid de ea sentiret, acquievit rogantibus, dicens dum scriberet se fortassis cum ista præsentem vitam finire, et quia prior liber expositionum suarum de dictis sanctorum patrum, Dionysii videlicet areopagitæ, extiterat, de eorumdem sanctorum patrum dictis iste posterior esset, sicque contigit. Namque cum eamdem cœnam usque ad illum locum exposuisset quo dicitur : « Confundebatur Elizabeth, stupebat Maria, ridebat de facto Sara, » quo loco videlicet apud nos terminabatur, arbitraretur autem de ea non nimiam abesse partem, tam ipse quam domnus abbas Girbertus, qui hoc ei tanquam monacho et filio suo mandaverat, eamque quæ deerat partem ab abbate Sancti Savini, qui se eam habere dicebat, et mittendam eis promiserat, exspectabant, multa siquidem in ea vel dempturus fortasse vel additurus, illam sicut erat in abolitione reliquit.

Et cum tempus quadragesimæ in maxima mentis et majore corporis quam nuper fuerat virtute, in multa abstinentia multisque quotidianis virgarum verberibus,

devotis atque assiduis orationibus, et in quotidiana sacrosancti sacramenti corporis et sanguinis Domini reverenda celebratione, cum alacritate et gaudio sancti Spiritus consummasset, et in die sancto cœnæ Domini nos dulcifluo verbi Dei pane in capitulo refecisset, in die sancto Paschæ missæ hebdomadarius fuit, et sermonem in capitulo fecit. Secunda feria missam in conventu cantavit, et postmodum debilitate correptus, quarta feria inunctus est; sed tunc communicari non potuit; quod ipse postea aliquantulum convalescens, divina providentia accidisse asseruit, dicens non Dominum ad se, sed se ad Dominum venire debere, et sic sequenti quam præcedenti die non audierat ipsiusque diei missam audivit, et confessus prius sacrosancta mysteria corporis et sanguinis Domini in tutelam exituræ in proximum animæ devotissime accepit, sicque per totam hebdomadam cum missam quotidie audisset, quam nullo modo amittere volebat, et domnum abbatem, qui tunc forte deerat, antequam recederet multum videre vellet, postquam venit, ab eo visitatus atque absolutus, inter manus ipsius cui se accusabat, cœpit acri quidem sed brevissimo dolore fatigari usque ad mortem, dominica in octavis Pasche transiens ex hac vita, et scandens, ut credimus, ad syderea regna. Ne vero longius protrahatur epistola, de omni tempore vitæ ejus breviter dixerimus : in diebus nostris majoris abstinentiæ, pudicitiæ mundioris, sanioris consilii, humilitatis altioris, taciturnitatis magis assiduæ, loquutionis plus circumspectæ prorsusque a vanitate alienæ, purioris vel amplius catholicæ doctrinæ, inque universa morum honestate præclariorem nullum nos cognovisse. Hæc scribimus

vobis quoniam frater erat, ut de tanto fratre gaudeatis, et quod ei promiseratis devote persolvatis in regno Dei, ad quod eum evolasse confidimus, ei consociari sperantes. Valete.

XLVI

Mention d'un rouleau de l'abbaye de Préaux.

Milieu du douzième siècle.

Les auteurs du *Gallia Christiana*[1] ont certainement fait allusion à un rouleau mortuaire de l'abbaye de Préaux, quand ils ont dit de Mathilde I, abbesse de Chelles, morte en 1112 : « Eadem haud dubie quæ in titulis multarum ecclesiarum quibuscum Pratellensis societatem habebat, in titulo Calensis abbatiæ commendatur. »

XLVII

Encyclique sur la mort de Suger, abbé de Saint-Denis.

1152.

En 1152, Guillaume, moine de Saint-Denis, composa, sur les derniers moments et sur les funérailles de l'abbé Suger, une encyclique qu'il a fait entrer dans sa Vie de Suger. Je me dispense de reproduire ce morceau, dont il existe plusieurs éditions[2] et qui n'a peut-être pas fait partie d'un rouleau mortuaire.

1. VII, 561.
2. Ch. d'Auteuil, *Histoire des ministres d'État*, p. 276. — Félibien, *Hist. de l'abb. de S. Denys*, pr., 201. — Bouquet, XII, 112.

XLVIII

Fragments du rouleau d'Eble de Turenne, abbé de Tulle.

Vers 1152.

La mort d'Eble de Turenne, abbé de Saint-Martin de Tulle, arrivée vers 1152, a été l'objet d'un rouleau dont Baluze a trouvé des fragments dans le monastère d'Obasine. J'en publie un extrait, d'après l'édition que Baluze en a donnée dans les Preuves de son Histoire de Tulle[1].

1. Titulus sancti Cypriani Pictavis.

Anima domni Eblonis abbatis requiescat in pace. Oravimus pro vestris et vos orate pro nobis. Orate pro domno Petro episcopo, et Rainaudo abbate, pro Petro abbate, iterum pro domno Petro abbate, pro domno Ancelino abbate, etc.

Spiritus Eblonis cœlorum culmina scandit.

2. Titulus sancti Martini de Campis.

Omnipotens pius, etc. Pro domno Urso priore, et pro domno Theobaldo priore, pro domno Odone abbate, et pro domno Matheo Albane[nsi] episcopo, quorum nomina Deus novit in sapientia suæ æternitatis. Amen.

3. Titulus sancti Dionysii Montis Martyrum.

Anima domni abbatis Eblonis, etc.

1. *Historiæ Tutel. libri tres*, col. 477-482.

4. Titulus ecclesiæ sanctæ Radegundis Pictavis.

Versus Oliverii.

Progenie clarus Eblo fuit iste vocatus
Religiosus enim, *etc.*

5. Versus Hamerici, Carnotensis ecclesiæ canonici.

Christus rex magnus, vitulus, leo, vermis et agnus,
Innumeris donis vitam decoravit Eblonis,
Stans athleta bonus, *etc.*

6. Titulus sancti Petri Fossatensis.

Anima domni Eblonis, etc. Pro Burchardo comité, pro Guillelmo, pro Rainaldo pontificé, pro Gulferio abbate, pro Theobaldo abbate, pro Philippo, et pro aliis quorum nomina Deus scit.

Versus Bartholomei.

Eblo, decus Tutelæ, etc.

Versus Aicelini, ejusdem loci monachi.

Vivit vir moriens, *etc.*

Alterius.

. . . . . .

Aptus namque mori, *etc.*

XLIX

Encyclique sur la mort de Gilbert de la Porrée, évêque de Poitiers.

1154.

Une lettre écrite au nom de Laurent, doyen, et des chanoines de la cathédrale de Poitiers, a pour but d'appeler la compassion

des fidèles sur la mort de l'évêque Gilbert de la Porrée et de retracer les principaux mérites de cet illustre prélat. Elle a pu être écrite en tête d'un rouleau. Si je ne la publie pas ici, c'est qu'elle a été imprimée plusieurs fois[1] et que je ne pourrais en collationner le texte sur aucun manuscrit.

L

Fragments du rouleau de Robert, abbé de Saint-Aubin d'Angers.

1154.

Robert de la Tour-Landri, abbé de Saint-Aubin d'Angers, mourut au mois d'avril 1154[2]. Une bande du rouleau de cet abbé servait autrefois de gardes à un manuscrit qui renfermait les Lettres de saint Ambroise, la Chronique de Saint-Aubin, la Vie de saint Giraud, moine de Saint-Aubin, et le Traité de Hugues de Clères, sur la sénéchaussée.

Le manuscrit latin 10000 de la Bibliothèque Impériale[3] et le manuscrit 793 de Dupuy[4] contiennent deux copies de ce fragment, faites par André Duchesne et par Peiresc. On en trouve aussi, dans le manuscrit latin 13070[5], des extraits faits par dom Pierre Allard.

Les titres du rouleau de Robert qui nous sont ainsi parvenus sont au nombre de vingt-sept ou environ. Les quinze premiers viennent des diocèses de Paris et de Chartres; les autres ont été recueillis dans la province de Narbonne.

Le manuscrit 298 de la bibliothèque d'Angers renferme une

1. Besly, *Evesques de Poictiers*, p. 103. — Bouquet, XIV, 379. — Traduite par Dreux du Radier, *Biblioth. historique et critique du Poitou*, I, 251.
2. *Gallia Christ.*, XIV, 616.
3. F° 264 à 267.
4. F° 135.
5. F^os 104 v° et 105.

partie des fragments dont André Duchesne, Peiresc et Pierre Allard nous ont conservé le texte.

1. Titulus sancti Germani Parisiensis.

Anima domni Roberti abbatis, etc. Orate pro nostris domno Childeberto rege ceterisque regibus et reginis omnibusque benefactoribus nostræ ecclesiæ, et pro domno Hugone, Morardo, Isembardo, Hugone, abbatibus; Rotberto, Guiberto, Stephano, Willermo, Laurentio, Algario, Rogerio, Simone, Frogerio, Johanne, Goschone, Theobaudo, et pro aliis familiaribus fratribus nostris, quorum animæ requiescant in pace. Amen

2. Titulus beatorum apostolorum Petri et Pauli et sanctæ virginis Genovefæ de Monte Parisius.

Anima domni Roberti, etc.

3. Titulus sancti Victoris Parisiensis.

Anima domni Roberti, etc.

4. Titulus sancti Maglorii Parisiensis.

Anima domni Roberti, etc.

5. Titulus sancti Dionysii Montis Martyrum sanctimonialium.

Anima domni Roberti, etc. Orate pro nostris abbatissis et pro Ludovico rege, fundatore ecclesiæ nostræ, et pro Adelaide, uxore ejus, et pro Philippo, eorum filio, et pro omnibus benefactoribus vivis et defunctis.

6. Titulus sancti Dionysii areopagitæ.

Anima domni Roberti, etc. Orate et vos pro nostris qui ex hoc seculo transierunt, Dagoberto, Karolo, Lu-

dovico, Rotberto, regibus ; Hildewino, Furrardo, Adam, Sugerio, et omnibus fratribus nostris.

7. Titulus sancti Eugenii de Diogilo.

Anima domni Roberti, etc.

8. Titulus Vallis Sanctæ Mariæ.

Anima domni Roberti, etc.

9. Titulus sanctæ Mariæ Columbis.

Anima domni Roberti, etc.

10. Titulus sanctæ Mariæ Josaphat.

Anima domni Roberti, etc.

11. Titulus sancti Johannis [Carnotensis]

Anima domni Roberti, etc.

12. Titulus sancti Petri Carnotensis.

Anima domni Roberti, etc.

13. Titulus sancti Karauni Carnoti.

Anima domni Roberti, etc.

14. Titulus sancti Salvatoris Tyronii.

Anima Roberti abbatis, etc.

15. Titulus sancti Florentini Bonæ Vallis.

Anima domni Roberti, etc.

Versus magistri Odonis.

Vive pater, quem morte premi nec fama celebris
Nec sinit everso vita severa situm [1].
Vive pater, quem sancta fides, patientia mundo
Subripit, et cœlo reddit amica dies.

1. Ce vers est sans doute altéré.

Tu sine labe manes, mundi contagia vitans.

. . . . . .

Hic bene vivendo quoniam meruisse probatur,
Astra tenet lætus perpetuumque decus.
Non obiit, vivit potius fruiturque perenni
Luce; datur requies, vita perennis ei.
Lingua referre nequit hujus prudentia quanta.

. . . . . .

16. Titulus monasterii sancti Egidii abbatis.

Anima domni Roberti, etc.

O bone Rotberte, non jurabas nisi certe.
Certe jurabas et crede mihi, sacer abbas,
Abbas Rotbertus vir quamdiu vixit honestus;
Egidii precibus fugiet mala damna reatus.

17. Titulus sancti Petri Psalmodiensis.

Anima domni Roberti, etc.

18. Titulus sancti Petri Magalonensis.

Anima domni Roberti, etc.

19. [Titulus Anianensis monasterii].

.... Orate pro nostris et pro domno Guillelmo abbate [1], hoc anno VIII kalendas januarii Romæ defuncto, cujus vos memores esse suppliciter deprecamur.

20. Titulus sancti Willelmi.

Anima domni Rotberti, etc. Orate pro nostris et pro domno Ugone abbate.

1. Le nom de cet abbé m'a permis de reconnaître à quel établissement appartient le présent titre. Il ne peut s'agir ici que de Guillaume, abbé d'Aniane, qui obtint une bulle d'Adrien IV le 12 décembre 1154 (Vaissette, II, pr., 549), et dont le successeur Pierre était déjà en fonctions dans le cours de l'année 1155 (*Gallia Christ.*, VI, 840). On ignorait que l'abbé Guillaume fût mort à Rome le 25 décembre 1154.

Versus magistri A[1]. Silvinotensis.

Ve tibi, qui sequeris mundum ! Nam quod tibi quæris
Omnibus incertum fugit hinc, fugit inde repertum.
Ve cui florescit qui per se mundus arescit !
Ve ! Ve cui mundus placet, ad nihilum redeundus !
Ve cui plus pena, cui plus nox atque cathena
Quam requies, quam meridies, quam summa libertas !
Ve cui plus luctus mortisque per aspera ductus
Quam congaudere, quam dulce solamen habere !

Quod adtendens beatus Rotbertus versificando inquit versificando[1] :

Positus sum in exilio,
Pro meo peccato,
Redeam ad patriam,
Sed per regionem aliam.

. . . . . .

21. Turpis[2] amor quam castor quivis amatur.
Non sua dant, aliena vorant, raptoque fruuntur ;
Per precium sibi supplicium mercantur ementes.
Eu[3] ! putei seu tartarei mercantur hiatum.
Has miseras has mortiferas hic tergere sordes,
Ne fetor tibi perpetuus veniat, spaciosa vorago !

22. Pisus[4] gaudete, sevra p... m... ti. . . . . .
Plaudant anguillæ, letentur et hostrea mille.
Nam cessit vere nec scivit morte. . . . . .
Milia qui mille de vestris perdidit. . . . . .

1. Il faut peut-être supprimer ce mot.

2. Je suppose que les six vers suivants appartiennent à une autre pièce que les précédents. Le premier est évidemment altéré.

3. Ou peut-être « En ».

4. Dans le ms. 10 000, les pièces que j'imprime sous le n. 22 sont rayées de deux traits de plume. Il est possible qu'elles aient été concellées sur le rouleau original, et que, dès le douzième siècle, on ait essayé de supprimer ces vers plaisants qu'on est tout étonné de rencontrer sur un rouleau funéraire.

Responsio.

Unus si monachus moritur, quicumque. . . . . .
Non ideo par est nobis ? nam mille supersunt,
Artifices gulæ, qui retia tendere norunt.
Ergo, crede mihi, duo vel tres cum moriuntur,
Unus post alium moriendo veniret ad i. . . . .

Versus Renaudi, cum vertuntur[1].

Non causa abbatis hos me cogit versus faciendi,
Sed rotuligerolæ[2] qui rotulum vult replendi.
Nam fessus diuturno est hic multum itinere,
Et cupit præterea laudem a monachis habere.

23. Titulus sancti Genesii sedis Lodovensis.

Anima domni Rotberti, etc. Orate pro nostris et pro Petro Duranti, præcentore nostro.

Rotlifer est stultus, casso conamine fultus,
Quem vocitat vulgus cognomine G. Geboinus.

24. Titulus sancti Salvatoris monasterii Lodovensis.

Anima domni Rotberti, etc. Orate pro nostris, domno Augerio abbate et Berenguario abbate, Ugone priore, Rostagno monacho, Guillelmo monacho, Petro monacho.

25. Titulus sancti Petri Juncellis monasterii.

Anima domni Roberti, etc. Orate pro nostris scilicet pro Berengerio et pro Guillelmo et Berengerio abbatibus, et pro Bernardo monacho, et pro Geraldo

1. L'expression « cum vertuntur » signifie sans doute que les mots de la pièce qui suit doivent être mis dans un ordre différent pour former des vers.

2. Mot douteux dans les copies.

monacho, et pro Petro monacho, et pro aliis omnibus.

26. . . . . .

[Plu]ra studeremus componere si sapere mus,
Si per dictamen potuisset habere levamen.
Jus foret atque bonum tantum deflere patronum,
Si per ploratus evaderet ipse reatus.
Oremus Christum, qui mundum continet istum,
Ut dignetur ei præbere locum requiei.
Totam si vellem possem conscribere pellem.

27. Titulus sancti Martini Villemagnensis cenobii, in quo siti sunt sanctus Maianus, et sanctus Diadelfius et sanctus Servatius.

Anima domni Rotberti, etc. Orate pro nostris, scilicet pro Berengario, pro Ugone, abbatibus, et pro Geraldo, Petro, Geraldo, Petro, Raimundo, et pro ceteris fratribus nostræ congregationis.

Versus Ugonis Fontanensis monachi.

Fratris [1] defuncti magnæ præconia vitæ
Concio dat fratrum cui creditur et sine lite.
Relligio numquam nisi per leve fallere novit.
. . . . . nec erit graviter si fallere vovit.

1. « Patris, » dans la copie de D. Allard.

LI

Mention du rouleau de Calon, évêque de Poitiers.

1157.

Au dix-huitième siècle, la cathédrale de Poitiers possédait encore ce rouleau, dont les auteurs du *Gallia christiana*[1] parlent dans les termes suivants :

« Ex ejus rotulo, qui adhuc servatur in ecclesia Pictaviensi, multa de ipso didicimus aliunde minime nota : quod nobilis genere esset ac nobilior fide ; quod sororem habuerit Belotam sanctimonialem et priorissam in monasterio Sanctæ Mariæ de Rivis, quæ ipsi superstes ejus obitum amarissimis flevit lacrymis. Ex duobus ipsius nepotibus, unus, Hugo nomine, fuit monachus Userchiensis, alter, Guillelmus dictus, clericus, ut videtur, ecclesiæ Nannetensis. Calonem clericali militiæ addictum in ecclesia Burdigalensi putamus, quæ videlicet ipsum suum filium specialem vocat. In citato rotulo fratris eleemosinariæ domus Losdunensis inter alia hæc habentur in ejus commendationem non spernenda : *Ipso die sui obitus triginta pauperes pavimus, necnon unum pauperem assidue pascemus, quod ipse adhuc vivens a nobis inter plura poposcit.* »

LII

Fragments du rouleau de Hugues, abbé de Saint-Aubin d'Angers.

1157.

Deux morceaux du rouleau de Hugues, abbé de Saint-Aubin d'Angers, mort le 6 avril 1157, sont reliés au commencement et à

1. II, 1179.

la fin du ms. 38 de la bibliothèque d'Angers. Voici les extraits que j'en ai pris au mois d'août 1864 :

Recto du premier fragment.

1. Titulus cenobii beate Marie Suessionis ad sanctimoniales.

Anima domni Hugonis, etc. Oravimus pro vestris; [orate pro] nostris, Matildi abbatissa, Elisabet, Helvidi....

Versibus abbatis si posset vita novari,
Non hodie nec cras cessarem versificari,
Etc.

Verso du même fragment.

2. Versus Martini.

. . . . . .

Versus Stephani.

. . . . . .

Versus .....berti.

. . . . . .

Recto du second fragment.

3. ..... pro Giraudo abbate, pro Leterico abbate[1]....

4. Titulus sancti Petri Casalis Be[nedicti].

Anima domni Hugonis, etc.... Pro domno Andrea abbate, pro domno Geraldo abbate, pro domno Isemberto abbate.

5. Titulus sancte Marie de Pratea.

. . . . . .

Verso du second fragment.

6. Titulus sancti Johannis Suessionis.

. . . . . .

1. De ces deux noms d'abbés il est permis de conclure que nous avons ici le fragment d'un titre de l'abbaye d'Issoudun.

7. Titulus sanctorum martirum Crispini et Crispiniani Suessionis.

. . . . . .

9. Titulus sanctæ Mariæ sanctique Johannis Baptiste Premonstrate ecclesie.

. . . . . .

10. Titulus sancte Marie Laudunensis ecclesie.

. . . . . .

LIII

Fragments du rouleau de Herbert, abbé de Saint-Étienne de Dijon.

Vers 1157.

L'abbé Fyot[1] nous a conservé les réponses que les abbayes de Fontevraud, de Figeac et de Cluny firent inscrire vers 1157 sur le rouleau de Herbert, abbé de Saint-Étienne de Dijon.

LIV

Encyclique sur la mort d'Ives II, abbé de Saint-Denis.

1172.

La mort d'Ives II, abbé de Saint-Denis, arriva en 1172. Elle

1. *Hist. de Saint-Etienne de Dijon*, pr., p. 259.

fut annoncée par une encyclique, dont le texte, conservé dans le ms. latin 14192 (f° 15 v°), a déjà été publié par D. Martene[1].

Universis matris ecclesie filiis et fidelibus, humilis et afflictus beatissimi martyris Dyonisii conventus, salutem et gaudium exoptat, atque ab his mutuo solatii opem implorat. Justum etenim valde est ut qui unius domini sumus famuli, ejusdem membra capitis, invicem nobis compati debeamus et condolere expedit. Idcirco obitum vobis venerandi patris ac pastoris nostri bone memorie Ivonis flentes dolentesque intimamus, ut, pietatis intuitu, viam universe carnis ingresso orationum aliquod suffragium impendatis. Pro quo ut devotius apud communem judicem intercedatis, aliqua illius bona que ex familiari convictu didicimus, breviter hic et fideliter perstringemus. Vir profecto fuit in quem, Deo volente, bona plurima noscuntur concurrisse, in quem tam natura quam industria uberius vise sunt sua congessisse munera. Fuit a primis annis bonis semper moribus, fuitque verecundus, bone spei, opinionis optime, consortia imperitorum studiose declinans, bonorum amicitias amplectens. Erat litteris optime imbutus, utroque sermone, vulgari scilicet et latino facundus, qui pro commissa sibi ecclesia confidenter usque ad ammirationem et prudenter loquens, in conspectu regum non confundebatur. Floruerunt in eo vite simul honestas et mira magnanimitas, intentio recta, fiducia grandis ex bona conscientia. Erat facies illius serena, mens seria, sermo modestus et ab obscenitate remotus. Circa subjectos benignissimus, tardus ad vindictam, pronus ad veniam.

1. *Thes.*, I, 571.

Non erat exactor vehemens, non rapax, non in reatibus investigandis persequax. Ultio illius moderata, correptio non cruenta, aliena magnopere merita publicam extollebat, supprimebat propria. Assentatoribus aurem non accommodabat, delatores verbo vultuque repellebat, semper ad meliora pronior. Fuit illi assumpto regimine mira in victu parcimonia, familiaritas non modica cum litteris, divinorum librorum lectio frequentissima, quos et studiose et magnis expensis ipse confecit et pro thesauro grandi reliquit monasterio. Vigebat in eo tenax ad retinendum memoria, ad dicendum prolatio decentissima. Hunc talem cum a Deo nobis concessum diutius nos crederemus habituros, raptus est et revocatus in dimidio dierum suorum, in robore juventutis, annis junior, maturior actu. Vix nobis quatuor prefuit annis, multa egregie in rebus sibi commissis facturus, ut creditur, nisi morte celeriori fuisset preventus. De cujus morte jacturam tulimus gravissimam, si tamen jactura dicenda est boni pastoris ad Deum premissio. Decessit valde juvenis, quod dolorem nostrum amplius exulcerat, quia luctuosum mortis genus est que immatura accidit et acerba; sed tam longa tam iniqua cruciatus est valetudine, ut id quod in eo velut in homine purgari oportebat, purgatum penitus tam mora temporis quam acerbitate languoris credibile sit, maxime cum inter continuos cruciatus justo semper judici gratias referret. De cujus transitu dubitari potest utrum fleri debeat et mors vocari, qua talis viri mortalitas finita potius est quam vita. Nunc igitur, omnes viri boni, in quibus respectus est humanitatis et pietas, condescendite dolori nostro; orate misericorditer pro tali viro, ut et ipsius anima ex

vestris precibus sentire possit remedium, et nobis aliquod impertiatur solatium, vosque apud cordium inspectorem Deum caritatis impense mercedem et humanitatis consequamini meritum [1].

LV

Fragments du rouleau d'un abbé nommé Henri.

Vers 1180.

M. André Pottier, conservateur de la bibliothèque de Rouen, m'a communiqué, au mois de juin 1848, un fragment de rouleau trouvé dans une ancienne reliure. Il renferme le texte plus ou moins mutilé de sept titres, dont le second vient de l'abbaye de Tournus, le cinquième de l'abbaye de « Flona » au diocèse de Liége, et le septième de l'abbaye de Saint-Jean d'Amiens. Il est impossible de déterminer le nom des établissements dans lesquels ont été recueillis les autres titres. Je me borne à transcrire les lignes qui se rapportent aux abbayes de Tournus et de « Flona ». Le titre de Tournus, d'après lequel je propose l'année 1180 comme date approximative du rouleau, permettra de rectifier sur plusieurs points le catalogue des abbés de Tournus, rédigé par les Bénédictins [2].

Le rouleau dont je dois la connaissance à M. Pottier a été fait pour un abbé nommé Henri. J'ignore à quel monastère cet abbé doit être rattaché.

1. Ici aurait pu se placer une notice sur Wallon, moine de Hautmont, mort en 1175, que Martène a publiée (*Coll.*, VI, 1214) en supposant qu'elle faisait partie d'un rouleau mortuaire. Cette hypothèse, admise par les auteurs de l'*Histoire littéraire* (XIII, 605) ne m'a pas semblé fondée, et je n'ai pas cru pouvoir admettre ce morceau dans le présent recueil.

2. *Gallia Christ.*, IV, 969.

1. Titulus sancte Marie sanctorumque Valeriani atque Philiberti Trenorchiensis cenobii.

Anima domni Henrici abbatis et anime omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris; orate pro nostris, pro Petro, Joceranno, Letbaudo, Rotberto, abbatibus; pro Basilio, Petro, Adalardo, Rotberto, Foragacio, Hugo, Guichardo, Humberto, Borcardo, Gauterio, Gaufrido, Hugone, Guillelmo, Lanberto, Anno, Petro, Armanno, Humberto.

2. Titulus sancti Mathei Flonensis ecclesie.

Anima domini Heinrici abbatis et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Oravimus pro vestris; orate pro nostris.

Abbas non obiit, quem virtus ad bona vexit;
Que vivens petiit, gaudens sine fine tenebit.
Spiritus illius requiescat sedibus aptis!
Gaudeat in numero sanctorum pro benefactis!
Abbatem dictum, quem mundus luget ademptum,
Excipiat letum celestis vita piorum.

LVI

Extraits du rouleau de Bertrand de Baux.

Vers 1181.

Monsieur Louis Blancard a signalé en 1861 l'existence du rouleau de Bertrand de Baux, dans le fonds de l'abbaye de Silvacane, aux archives des Bouches-du-Rhône. Quand il a su que la Société

de l'histoire de France publiait un recueil de rouleaux des morts, il s'est empressé de mettre à ma disposition la copie qu'il avait préparée pour une édition de ce précieux document. L'obligeance de mon savant confrère de Marseille me permet donc de publier ici de longs fragments du rouleau de Bertrand de Baux. Ce baron, dont la mort est rapportée au 5 avril 1181 par les auteurs de l'*Art de vérifier les dates*, avait épousé Tiburge, héritière du comté d'Orange.

1. Titulus sanctæ Mariæ de Alme.

2. Titulus sancte Marie Glandetensis ecclesiæ.

Raimundus, Glandetensis episcopus, cum capitulo suo Bertrannum de Baucio, *etc.*

3. Antipolitani capituli conventus celebrabit, etc.

4. W., Venciensis æcclesiæ licet indignus minister, cum omni capitulo suo orabit, etc.

5. Abbas sancti Poncii, cum suo humili conventu donat, etc.

6. Niciensis capituli conventus orabit, etc.

7. Capitulus Grassensis ecclesie cantabit decem missas, etc.

8. Titulus beatissimi Honorati Lirinensis monasterii.

Ego Augerius, cunctorum fratrum Lirinensis monasterii minister indignus, etc.

9. Ego F., Forojulienssis episcopus, consilio et voluntate canonicorum ejusdem ecclesie, etc.

10. Titulus sancte Marie Toroneti.

Ego Petrus, prior Toroneti, excepto debito trium missarum quas singuli sacerdotum nostrorum reddiderunt Bertrando de Balcio post obitum ejus, jussu

domni Petri abbatis defuncti, et excepto alio debito quod domnus Poncius abbas iterum nobis injunxit, et exceptis duabus tricesimis que per singula debita persolute sunt, et exceptis psalteriis a[m]plius triginta, et exceptis centum quinquaginta Pater noster quos singuli conversorum nostrorum jam semel et bis reddiderunt, iterum quadraginta missas pro predicto bone memorie Bertrando a nobis canendas statui cum suplemento debiti spalteriorum et Pater noster.

11. Titulus monasterii Arte Celle.

Ego priorissa et conventus sororum nostrarum statuimus Bertrandum de Balcio, etc.

12. Titulus sancte Marie Pinnanensis.

13. Titulus sancte Marie Tolonensis.

Ego Vilelmus, Tolonensis sacrista, et omnes canonici constituimus Bertrandum de Baucio participem, etc.

14. Titulus sancte Marie sedis Massilie.

Ego F., ejusdem loci episcopus, in sinodo nostra, B. de Baucio participem, etc.

15. Pateat universis quod ego B. abbas Massiliensis et ejusdem monasterii universus conventus, B. de Balcio omnium bonorum nostrorum que fient in monasterio, intus et extra, participem esse statuimus, etc.

16. Ego Henricus, Aquensis archiepiscopus, concedo huic defuncto sexaginta missas.

17. Titulus ejusdem Aquensis ecclesie.

18. Titulus sancte Marie Sillve Cane.

Quia sancta et salubris est cogitatio pro defunctis

exorare, ut a peccatis solvantur, sicut eloquia sacra testantur, et fidei regula nobis proclamat ut qui misericordiam desiderat misericordiam inpendat, et si pium habere cupimus Deum, pios nos exibeamus erga proximum, eapropter, quicquid in Dei servitio possumus et scimus, totum pro remedio anime donni Bertranni de Baucio expendimus, et merito. Ipse quidem nostre fundator extitit ecclesie; vivens inchoavit, mortuus perficere non desinit; habitum nostre religionis sumpsit; locum sepulture juxta ecclesiam nostram, quam adhuc edificat, Deo volente, promeruit. Quantum ergo a Deo possumus promereri et nostrum est largiri, concedimus ei et participem facimus omnium bonorum que in ecclesia nostra fiunt et fient usque in seculi finem, missarum videlicet, orationum, vigiliarum, psalmorum, laborum, elemosinarum, jeuniorum, abstinentiarum et aliorum beneficiorum. Super hec omnia cotidie eum in conventu absolvimus, missam cotidianam pro eo et aliis fratribus nostris defunctis statutum est dici usque in finem mundi. Nobilem quoque uxorem ejus, Tiburgiam nomine, et nobis dilectam et filios suos, in vita sua et post mortem, spiritualium bonorum nostrornm perpetuo participes facimus. Amen.

Vivat in eternum Bertrannus in ede polorum,
Quo sibi conjuncto, letetur et ordo bonorum;
Christus ei requies fiat mercesque laborum,
Spirituumque choris societur et ang[e]licorum
Ipsius flamen. Dic lector qui legis : Amen.

19. Titulus sancti Nichasii Remis.

.... Orate pro nostris, pro domno Guidone abbate, pro Raynero, pro Werico.

20. Titulus sancte Marie Karoli Loci.

21. Conventus Cavellicencium canonicorum orabit, etc.

22. Titulus sancti Marcelli Vallicluse.

23. Titulus sancte Marie de Sinaqua.

.... Ego Petrus, fratrum Sinaque servus inutilis, domnum Bertrandum, etc.

24. Ego Petrus, Aptensis episcopus, triginta missas, etc.

25. Conventus Avinionensis ecclesie, qui pro multis orare consuevit, pro anima, etc.

26. Conventus sancti Pauli de Mausoleo, de communi fratrum consilio, etc. Predicta etiam ecclesia proprie singulis annis anniversarium domini Bertranni celebrat sexto nonarum maiarum, cum vesperis et matutinis novem lectionum.

27. Titulus sancti Egidii.

28. Titulus sancte Marie Libere Vallis.

.... Ego Pontius, fratrum Libere Vallis servus inutilis, domnum Bertrannum, etc.

28. Titulus sancti Petri Psalmodiensis.

30. Versus Gaudini, monachi Psalmodiensis.

Non duco dignum laudis sibi subdere signum,
Qui vite florem per mortis duxit odorem [1].

31. Titulus sancte Marie Vallis Magne.

32. Titulus sancti Guilelmi in valle Gellonis.

1. Je laisse de côté la suite de cette pièce, qui se compose de trente vers léonins.

33. Titulus sancti Salvatoris cenobii Anianensis.

34. Titulus sancti Tiberii.

35. Titulus sancte Marie Morimundi.

36. Conventus sancte Marie de Catiano.

37. Titulus sancte Marie Dulcis Vallis.

38. Titulus sancte Marie Cari Loci de ordine Cisterciensi.

Pietatis opus est pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur. Inde est quod domno Bertranno concessimus ut in domo nostra presbiterorum, numero quadraginta sex, unusquisque missam persolvat, et totidem clericorum unusquisque quinquaginta psalmos; et conversorum, fere quingentorum, unusquisque quinquaginta Pater noster; et partem habere in missa cotidiana pro defunctis, et tricenarium unum, et in aliis tricenariis partem habere, et omnium beneficiorum nostrorum fecimus eum participem.

39. Titulus beate Marie de Rochamador.

40. Titulus sancti Petri de Careniaco.

41. Titulus sancti Petri Bellilocensis.

42. Titulus sancte Marie Montis Nucis.

43. Titulus sancte Marie Obazinensis.

44. Titulus sancti Martini Brivensis.

Concedimus participationem beneficiorum nostrorum domno Bertrando deuz Baus.

45. Titulus sancte Marie de Castris Petragoricensibus.

Omnium bonorum que in nostra fiunt ecclesia ani-

mam domni Bertrandi de Bautio participem fieri concedimus. Insuper unicuique fratrum litteratorum septem psalmos defunctorum et cuique conversorum septies Pater noster injungimus. Oravimus pro vestris. Orate, quesumus, pro nostris.

46. Titulus sanctorum apostolorum Petri et Pauli ecclesiæ Tusturiaci.

Omnium bono[rum] tocius conventus animam dompni Bertrandi de Bautio participem fieri concedimus ; insuper misterium proprium, missam et vigiliam. Oravimus pro vestris. Orate pro nostris.

47. Titulus sancte Marie de Cub.

.... Tercio decimo kalendas septembris obiit Helias Faidit, venerabilis miles Christi, benefactor noster.

48. Titulus sancte Marie Dalonis.

49. Titulus sancti Pardulfi de Arnaco.

.... Monachus quidam loci illius, H. Iterii, quinquaginta psalmos.

50. Titulus summorum apostolorum Petri et Pauli atque Andree Vosiensis [1] monasterii, quod est in Lemovicino.

.... Memores estote defunctorum nostrorum, domni Geraldi, Petri, Rainaldi, Ademari, itemque Petri abbatum, Martini prioris, aliorumque monacorum ac familiarium nostrorum.

51. Titulus sancte Marie Magdalene et sancte Katherine de Mainaco.

1. Le rouleau porte « Voriensis ; » il s'agit incontestablement de l'abbaye de Vigeois (Vosiensis), en Limousin.

52. Conventus beati Leonardi Lemovicensis.

53. Titulus sancti Johannis Aurlii.

.... Guillelmus sacerdos.

54. Titulus beatorum apostolorum Petri et Pauli Sollenniacensis monasterii.

55. Titulus sancti Stephani Lemovicensis.

56. Titulus sancte Marie de Regula Lemovicensis.

57. Titulus sancti Augustini Lemovicensis.

58. Totus conventus sancti Marcialis Lemovicensis oravit, etc.

59. Conventus sancti Martini Lemovicensis oravit, etc.

60. Titulus sancte Marie de Columpna.

61. Titulus sancti Petri de Burgulio.

62. Titulus sancti Florentii Salmurensis.

.... Radulfus monachus, XV psalmos et orationem in missa. Girardus monachus, orationem in missa. Radulfus similiter et XV psalmos. Lucas, officium totum. Willelmus, XV psalmos et orationem in missa. Johannes, VII psalmos. Constancius, unam missam. Goffredus, VII psalmos. Fromundus, VII psalmos. Goffredus, L Pater noster. Hugo, decem. Andreas, VII psalmos.

63. Titulus sancte Marie Cunaldi.

64. Titulus sancti Mauri abbatis Glamnafoliensis cenobii.

65. Titulus sancti Johannis Baptiste et sancti Andree Tarcio.

.... Orate pro amicis nostris et pro benefactoribus, pro Arenburgi abbatissa, pro Susanna priorissa....

66. Titulus sancti Launi de Toarcio.

Anima domni Bertranni, Arelatensis domini, etc.

67. Titulus sancti adjutoris Maxentii.

.... Orate pro amicis nostris et pro benefactoribus, et pro fratribus nostris, scilicet pro Simone, Vilelmo sacerdote, et Aimerico sacerdote....

Versus Petri Garnaudi.

Justicie rector, Mars bello, Nestor et Hector
Depereunt una, tot in uno mors rapit una.
His insignitum nature dotibus unum
Mors matura premit; probitas nec fama redemit.
Mors inimica nimis magnis dominatur et imis:
Subjugat hec reges, equas datque impia leges.

68. Titulus sancte Marie Castellariorum.

69. Titulus sancte Marie Bonevallis.

.... Orate pro nostris, maxime vero pro Guilelmo de Munmirail, qui beneficia multa contulit nobis in vita sua.

70. Titulus sancte Marie de Fonte Comiti.

.... Orate pro nostris, pro dompno Ademaro, bone memorie abbate nostro....

71. Titulus sancte Marie de Pinu.

72. Titulus beati Petri matricis æcclesiæ Pictavensis.

73. Titulus sancte Marie sanctique Cipriani Pictavensis.

.... Orate pro nostris, pro domno Airaudo abbate, pro Johanne, pro Ademaro.

74. Titulus beati Hylarii Pictavensis episcopi, egregii confessoris et catholice ecclesie Dei doctoris.

75. Titulus beate regine Radegundis Pictavensis.

76. Titulus sancte Crucis Pictavensis.

77. Johannes, prior sancte Mariæ de Tivireto cum suo conventu, dominum suum Bertrandum de Baucio in universis oracionibus et beneficiis que ibi fient facit participem; nomen ejus in martirologio annotavit; in triginta missis pro eo specialiter orabit; in omni vita sua illum in memoriam habebit. Rogatu ipsius cannonici subjecti sui, pro anima Bertrandi, quatuor psalteria dicent; conversi quingenta Pater noster promiserunt dicere. Pro Tiburgi, quondam conjuge domni Bertrandi, preces fundent fratres, ut Deus remittat sibi peccata sua, et salvet ei liberos suos.

78. Titulus sancti Johannis evangeliste Monasterii Novi Pictavensis.

79. Titulus sancte Marie de Nuchariis.

80. Titulus sancti Mauricii Turonensis.

81. Titulus sancti Martini Turonensis.

Versus Mathei Pog. Septem psalmos.

Pauperibu Christi clipeus fuit iste; coronam
Promeruit vite, quam Christus dat, via vite.
Plurima contraxit vivens contagia sordis;
Delevit tamen hec prorsus contritio cordis.
Huic rex celorum Christus, dominus dominorum,
Gaudia det vite, qua gaudent Hisraelite.

Livonis. Septem psalmos.

Dictus Bertrandus miles fuit iste nefandus;
Auctor peccandi fuit hic scelerisque nefandi.

Nil satis est cupido ; cupidum monet ire cupido.
In scelus huic cupido comes est male grata libido.
Iras infestas minimis dabat ipsa potestas
Ejus ; mensure male detulit et sine jure.
Tandem penituit et correxit male facta,
Ling[u]a confessus mala que mens est male nacta.
Ad superos superum cultor sociusque recessit,
Exhoneratus eis hoc mundo que male gessit.
Suspicor angelicas huic exultare cohortes ;
Inter apostolicas puto quod fit sors sua sortes.
Cantu celestes huic civi plaudite cives.
Si quivis debet sese cognoscere dives,
Cantemus requiem ; mala que commiserat iste
Dimittantur ei ; sibi sit tua gloria, Christe.

Hisaac. Viginti Pater noster.

Bauciaco patria, Bertrandus eques, febre, morbo,
Principio Saulus, ad finem Paulus, obivit.
Ore frequenti, corde benigno, quisque precetur,
Ut factus celebs, celesti rore rigetur.

Harvei. Centum Pater noster.

Bauciaci natus, Bertrandus nomine, Saulus
Qui fuerat, Paulus transmigrat febricitatus.
Cavit primo minus sibi ; supplet, obit peregrinus;
Suscipiat Dominus hunc Habraheque sinus.
Rector Christe poli, cui fas est parcere soli,
Parce tue proli, penisque affligere noli.

82. Titulus sancti Martini Majoris Monasterii Turonensis.

83. Titulus sancte Marie de Guastineta.

84. Titulus sancte Marie de Fontanis.

85. Titulus sancte Trinitatis Vindocini.

.... Orate pro nostris, pro fundatoribus ecclesie

nostre, Goffrido comite, et Agnete comitissa, pro abbatibus nostris, Rainaldo abbate, Oderico abbate, David abbate, Bernone abbate, Goffrido abbate, Fromundo abbate, Huberto abbate, Roberto abbate, et Guillelmo abbate....

86. Titulus sancti Launomari Blesis.

.... Orate pro nostris, pro Mauricio abbate, Petro abbate, Rainaudo abbate, Gaufredo abbate, Bartolomeo monacho, Viviano monacho....

Distat ab eterno quidquid sub corpore cerno,
Quidquid terra parit, que bona mundus habet,
Nil habet illud habens, quod fit mutabile totum :
Nam velut umbra fugit, et sua queque cadunt.
Unde superbimus, pretereunt mortalia queque.
Dives, egens, omnes ad finem tendimus eque.
Quidquid fortuna tibi aufertur est tibi alienum.
Gloria vana viri nulla tibi comes sit ; caro fenum.

Ego Martinus [1].

87. Titulus beate Marie Blesis.

88. Titulus sancte Marie Magdalene Castriduni.

89. Titulus sanctorum martirum Marcellini et Petri, Florentini et Hilarii Bonevallis.

90. Titulus sancte Marie Morelli.

91. Titulus sancte Marie de Habitu.

Anima domni Bertrandi de Bauciaco et anime, *etc.*

92. Titulus sancte Marie [de] Fonte sancti Martini.

.... Orate pro nostris Vuilelma, Juliana, monialibus.

1. Ces deux mots, qui sont placés en interligne, au-dessus du quatrième vers, désignent peut-être l'auteur de la pièce.

93. Titulus sancti Salvatoris Karroffensis.

94. Titulus sancte Marie sanctique Benedicti Nantolii.

Animam domni Bertrandi de Bautio omnis beneficii ecclesie nostre participem fieri concedimus. Insuper unicuique fratrum litteratorum septem salmos defunctorum et cuique conversorum septies Pater noster injungimus. Oravimus pro vestris. Orate pro nostris, pro Otgerio, pro Johanne, pro Costantino, pro Johanne, pro Geraldo, pro Costantino Gras. Anima Bertrandi et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen. Joscelmus sacerdos dat ei tres missas, et Bernardus unam.

95. Titulus sancti Petri Celle Fruini.

96. Titulus sancte Marie de Grosso Bosco.

97. Titulus sancti Nicholai de Peirato.

98. Titulus sancti Johannis de Roncennaco.

99. Titulus Petri, episcopi Engolismensis, et conventus ejusdem ecclesie.

100. Titulus sancti Eparchii Engolismensis.

Quoniam *etc.* Dompnus abbas R. et conventus sancti Eparchii disposuerunt subvenire B. de Baucio, a domno leguato Albanensi episcopo judicato, et dederunt ei participationem tocius ecclesiastici beneficii. Insuper, *etc.*

101. Titulus sancti Ausonii Engolismensis.

102. Titulus ecclesie sancte Marie de Corona.

103. Titulus ecclesie sancti Arthemii de Blanziaco.

104. Titulus ecclesie sancte Marie de Borneto.

105. Titulus ecclesie sancte Marie de Cancellata.

106. Titulus Petri, Petragoricensis episcopi, qui, cum in generali sinodo sua resideret, una cum presbiteris suis, pro anima Bertrandi de Baucio ad Dominum oravit, *etc.*

107. Titulus ecclesie sancte Marie de Ligurio.

108. Conventus sancte Marie Petrose.

109. Titulus sancte Marie de Boschavio.

110. Titulus sancti Petri et sancti Siccarii Brantosmensis.

111. Titulus sancti Laurencii de Mardiob.

112. Titulus sancte Marie de Fontanis.

113. Conventus canonicorum ecclesie beati Theodori Rochebovis.

114. Titulus sancti Amantii Buxie.

115. Titulus sancte Marie de Allavilla.

116. Titulus sancti Stephani Baciacensis.

.... Orate pro nostris, pro domno Gardrado, fundatore hujus cenobii, pro domno Godefredo abbate, pro domno Douberto abbate, et pro aliis fratribus quorum scit nomina qui solus condidit omnia, et pro dompno Arnaldo abbate, pro Securo monaco, pro Willelmo Coleto monacho, pro Ralnado.

117. Titulus sancte Marie de Chastris.

.... Frater Rannulfus diaconus, VII psalmos. Ugo subdiaconus, VII psalmos. Arnaudus subdiaconus, Fulco subdiaconus, Arnaudus subdiaconus, unusquisque horum, et Tanguinus canonicus, VII psalmos; et

Arnaudus canonicus, VII psalmos; et Petrus sacerdos, unam missam.

118. Titulus sancte Marie de Fraineda.

119. Titulus sancti Leodegarii Comniacensis ecclesie.

120. Titulus sancte Marie Fontis Dulcis.

121. Titulus ecclesie sancti Petri Xanctonensis.

122. Titulus sancte Marie Xanctonensis.

123. Titulus sancti Eutropii Xanctonensis.

124. Titulus sancti Viviani Xanctonensis episcopi et confessoris.

125. Titulus sanctæ Mariæ de Sabbluncellis.

126. Titulus sancte Gemme.

127. Titulus sancti Johannis ewangeliste de Triziaco.

128. Titulus sancti Petri de Sulbisia.

129. Titulus sancte Marie de Talniaco super Carantonem.

130. Titulus sanctæ Marie de Gratia Dei.

131. Titulus sancti Petri Malliacensis.

132. Titulus sancti Vincencii Niolii.

Villior est huma[na] caro quam pellis ovina:
Extrahitur pellis et scribitur intus et extra;
Si moriatur homo, moritur caro, pellis et ossa

133. Titulus sancte Marie Morglie.

134. Titulus sancte Marie Lucionensis cenobii.

Dompnus Willelmus, abbas Lucionensis ecclesie,

et conventus ejusdem concedit Bertranno de Balcio generale beneficium Lucionensis ecclesie, *etc.*

135. Titulus sancti Michaelis de Heremo.

136. Titulus sancte Marie de Angulis.

137. Titulus sancte Crucis Talemundi.

138. Titulus sancti Salvatoris Lodove.

139. Conventus sancte Marie de Elemosina.

140. Dompnus Gaucelinus, Lodovensis episcopus, faciat celebrari pro Bertranno unum tricenarium missarum, *etc.*

141. Titulus sancte Marie Brolii Gollandi.

142. Titulus sancte Marie Orbisterii.

143. Titulus sancti Johannis Belli Loci.

Prior dat ei missam; frater Laurentius, alteram; capellanus ejusdem ecclesie, aliam.

144. Titulus sante Marie Brollii Arbaudi.

145. Titulus sancti Salvatoris de Stella.

146. Titulus sancte Marie Insule Calveti.

147. Scriptor sancte Marie de Chailma unum psalterium et xv psalmos pro anima Bertrandi de Baucio et pro omnium fidelium defunctorum. Theobaudus monacus de isto loco, v missas.

148. Titulus sancte Marie de Buzeio.

Ego Ricardus, Dei gratia Buzeii abbas, Bertrano de Baucio concessi plenarium officium, *etc.* Theobaus diaconus concessit ei psalterium unum; Aimericus, missam unam; Herbertus diaconus, L psalmos.

149. Titulus sancte Marie de Alba Corona.

150. Titulus sancti Gildasii de Nemore.

151. Titulus sancte Marie de Bono Pasu.

Anima domni Bertra[n]di de Baucicio, *etc.*

152. Titulus sancti Salvatoris Rothonensis æcclesiæ.

153. Titulus sancte Marie de Calocheio.

154. Titulus sancte Marie de Asneriis.

155. Titulus sancte Marie Brignii.

156. Titulus sancte Marie Trizagii.

157. Titulus sancte Marie Absie.

158. Titulus sancti Johannis Carnoti.

Anima domni Bertranni, militis, antequam plenam penitentiam ageret morte preventi, et anime omnium fidelium, *etc.*

159. Titulus sancte Marie de Sarnaio.

160. Titulus sancti Egidii de Aceyo.

161. Titulus sancte Marie Remensis ecclesie metropolitane.

